

Sala

Gab. R

Est.

Tab. 6

N.º 29

Sala

Gab. R

Est.

Tab. 6

N.º 29

R

6


29

Am. Mars. Je me
imp. fam. km
dit quel R. v. l. au
de jusque en fusion
en la d. d. v. m. n. s.
uz. d. u. d. s. r. en la
d. v. l. l. ou l. l. s. R. v.
Mars. J. C. D. v. s. y. d. u.
d. i. e. r. et d. u. o. s. t. e. o.
n. l. e. p. l. u. s. a. d. a. l. p. a. m.
en a. d. i. o. n. l. p. s. o. m. m. l. l. e.
a. u. d. n. e. s. t. e. t. s. t. e. t.
o. s. p. i. t. a. l. u. r. o. m. p. e.
a. u. t. e. d. a. u. d. e. p. l. u. s.
e. n. l. a. d. e. v. i. l. l. e. s. p. r. e.
s. t. s. t. e. t. s. t. e. t. q. u. e. e. n.

DOM Affonso de Castelbranco Por merce de Deus & da sant.
Igreja de Roma Bispo de Coibra, Conde de Arganil, & do e-
selbo de sua Magestade, &c. Fazemos saber a todos os Prioros,
Reytores, Beneficiados, Curas, & mais clérigos de, enosso Bispoado
q o P. Gregorio xij & o nosso muyto S. P ad, e Sixto P. V. ora prest
fete na Igreja do Deos instituirão algũas festas de algũs S. dupli. sim.
& sipl. dalgũs dos quais ães se não rezava, ou se rezava doutra
maneyra, mādado a todos os clérigos, & pessoas q tẽ obrigaçãõ,
de rezar q rezẽ os ditos officios assi como per suas cõstituições,
& motos proprios he mādado: & outro sina nossa See por custu-
me immemorial se celebrãõ, & rezãõ officios de algũs Santos, &
festas proprias as quais forãõ cõfirmadas pela See Apostolica,
& per nosso mādado reduzidas, a forma do B. enuario. E cõside-
rãdo nos a obrigaçãõ q todos tẽ de rezar das festas, & Santos q
a Igreja mada, & os de nosso Bispoado de se conformar cõ a nos-
sa See Catbredal, celebrando as mefmas festas & Santos & re-
zando delles como nella se reza. Mandam os hor a aiuntar assi as
festas & officios novos q sua Sanctidade instituiu como os pro-
prios de nossa See em bũ volume ao lōgo, correytos pelos origina-
is verdadeyros, & liuros mais emendados, & os mādamos empri-
mir pera q todos possãõ rezar delles como sãõ obrigados. Pelo q
mādamos e virtude de obedecia & sob pena de excomũhãõ &
de cruzados pera a obra da See meyrinho a todos os sobre ditos
& cada bũ delles q tẽ obrigaçãõ de rezar o officio diurno q do dia
q esta nossa prouisãõ lhe for publicada ou por outra via vier a
sua noticia a quinze dias primeyros seguintes cõpre o liuro dos di-
tos officios & rezẽ das ditas festas & Santos, & mandamos aos
nosos visitadores q nas visitações preguntẽ se se cõpre esta nossa
prouisãõ, & os culpados condenẽ na pena della & ao nosso Pro-
uisor, & Vigayro, & mais officiays q a mādẽ cõprir & guardar
como nelle se cõtẽ. O qual liuro se achara em casa de Antonio de
Mariz empresario, q por nosso especialmādado o imprimio, & de
seu nome sera assinado aliis não lhe sera leuado e conta. Dada em
coibra. Aos 5 dias domes de Nouẽbrade 1588. Luis de Lemos esc-
riuçãõ da camara a fez escreuer. **BISPO CONDE.**

Nos Gulielmus Sirletus Tit. S.
Laurentij in Paneperna S.R.E.
Presbyter Cardinalis, fidem facimus
& attestamus S.D.N.D. Grægorium
XIII. viuæ vocis oraculo nobis facto
Ecclesiæ Conimbricensi licentiam cõ
cesi dicendi in Choro, & extra supra
scripta officia ad formam Rom. Bre
uiarij redacta & emendata iusta eiusdẽ
Ecclesiæ consuetudinem. Datum Ro
mæ in Palatio Apostolico. iij Nonas
Iunij. M.D. LXXXIII.

Gul. Sirletus Cardinalis.



IANVARIVS.

- 7 Iuliani martyris. duplex, fol. 1.
16 Sanctorum martyrum Ordinis Minorum, Petri, Accurtij, Ottonis, Beraldi, & Adiuti. duplex. Ibidem.
22 Sanctorum Vincentij & Anastasij. duplex. fol. 2.
24 Descensio Beate Mariæ virginis, quæ dicitur de pace. duplex. Cum cõmemoracione Sancti Timothei Episcopi & Martyris. Ibidem.

FEBRVARIVS

- 3 Sancti Blasij Episcopi & Martyris. duplex. fol. 12.

MARTIVS.

nihil habet.

APRILIS.

- 2 Sancti Francisci de Paula ordinis Minorum fundatoris. duplex, confess. non. fol. 12.

APRILIS.

4 Sancti Isidori Episcopi Hispalensis & Eccle-
siae Doctoris, **duplex.** *nada*
Cuius officium positum est in fine huius libri
fol. 63.

13 Sancti Hermenegildi Martyris, **duplex.**
Cuius officium positum est in fine huius libri
fol. 64. *nada*

23 Sancti Georgij Martyris, **duplex.** fol. 14.

29 Sancti Petri Martyris Ordinis Praedicatorum
duplex. Ibidem.

M A I V S.

nihil habes

I V N I V S.

13 Sancti Antonij de Padua Ordinis Minorum
confess. non Pont. **duplex.** fol. 17.

Julius

I V L I V S.

4 Sanctę Elisabet, Portugalie quōdam Regine
dup. cum. com. octavę SS. Petri, & Pauli,
fol. 20.

14 Sancti Bonaventurę Episcopi & confessoris
& Ecclesię Doctoris *duplex.* fol. 22.

Do. 3 Dñica tertia Festū Angeli Custodis. *dup.*
cum comm. & nona lectione dominicę,
Ibidem.

26 Sanctę Anñę matris Beatę Marię. *dup.*
fol. 32.

A V G V S T V S.

12 Sanctę Clarę virginis. *duplex. cum com.*
memoratione octavę Sancti Laurentij.
fol. 33.

S E P T E M B E R.

2 Sancti Antonini Marty. *duplex.* fol. 33.

10 Sancti Nicolai Tarentinatis Ordinis Eremita
rū S. Augustini confessoris nō pon. *dup.*
cū comm. octavę natiuitatis Beatę Marię.
fol. 33.
19

SEPTEMBER.

- 17 Translatio S. Vincentij Marty. **dup.** fol. 36.
19 Sanctoꝝ Martyrum Ianuarij Episcopi, & sociorum Martyrum **simplex,** fol. 36.
27 Sanctoꝝ Cosmæ, & Damiani, mar. **duplex,** fol. 37.

OCTOBER.

- 13 Sancti Giraldis confessoris. **duplex.** fol. 37.
21 Sanctoꝝ Ursule, & sociarũ virginum & mar. **dup. cum com.** & nonalectio S. Hilario-
nis Abbatis. fol. 37.
30 Festum victoriæ Christianorum. **duplex.** fol. 38.

NOVEMBER.

- 21 Præsentatio Beatæ Mariæ virginis. **duplex,** fol. 51.

DECEMBER.

- 6 Sancti Nicolai Episcopi & confessoris. **dup.** fol. 52.
18 Festum Expectationis Beatæ Mariæ. **dup.** fol. 52.

IANVARIVS
INCIPIT PROPRIVM
FESTORVM CATHRE
dalis Conimbricensis.

DIE VII. IANVARII.

N festo sancti Iuliani martyris, quod celebratur primo die post octauas Epiphanię non impedito festo IX. lectionum: omnia de comuni vnius Martyris.

Oratio.

Pręsta quęsumus omnipotens Deus, vt qui, &c.

In 1. nocturno lectiones de libro scripturę eo tempore occurrentis.

In 2. nocturno lectiones de Commuti. Principes persecuti sūt me gratis.

In 3. noct. Homilia in Euāgelium. Siquis vult venire post me. de eodē communi.

XVI. IANVARII.

In festo sanctorum Mart. Berardi, Petri, Ac

curtij, Adiuti, & Ottonis fratrum ordinis Minorū: omnia de Comuni plurimorum Martyrum pręter ea, quę hic sunt propria. Oratio.

Deus quęnos concedis sanctorum Martyrū tuorum Berardi, Petri, Accurtij, Adiuti, & Ottonis natalitia colere. Da nobis in æterna beatitudine de eorum societate gaudere. Per Dominum nostrum, &c.

In 1. noct. lection. occurrentes de tempore.

In 2. nocturno.

Lectio. 4.

Otto sacerdos, Berardus, & Accurtius, Petrus, atq; Adiutus martyres de familia sancti Francisci, eius iussu ex Italia Hispaniam venerunt, vbi

A omni

omnibus propter vitæ & morum sanctitatem grati, atque iucundi fuere. Deinde Spiritus sancti gratia roborati, ex Christianorum finibus, Hispalim ad Sarracenos proficiscuntur: quod iter, nudis pedibus abierunt, vigilijs, jeianijs, & diuinarum rerum contemplationi maxime intenti, eo cum peruenissent, diuina gratia incitati ad eum se conferunt locum, vbi Mauri, nefaria superstitione, Mahometum colere, & altissimis vocibus inuocare cõsueuerant. Inde grauissimis ictibus, colaphis, & verberibus pulsati, regem adeunt, eumque ad sanctissimam Christi fidem suscipiendam hortantur. Iratus a suo conspectu abductos, confestim capite plecti iubet: sed Regis filius eorum miseratus patrem obsecra ne homines mortis supplitio indignos interfici patiatur. Quæ res illos hilari vultu, &

libenti animo, ad martyrium properantes, præsentimortis periculo exemit. Itaque Regis iussu, turri inclusi sũt. Qui tihilominus ex eius fastigio, maximis clamoribus Christi fidem populo prædabant: inde ad regem producti, cum in Christi professione constanter perseverarent, iussi sunt vrbe excedere & Marrochium proficisci. Tu autem:

Sancti tui Domine,

Lectio. v.

Mari transmissio, maximisque in intinere exhaustis laboribus Marrochium læti, perueniunt: vbi à Petro Lusitanicæ Regis filio, qui per id tempus in ea vrbe propter offensionem, quæ inter eum & fratrem Lusitanicæ regem, orta fuerat, forte morabatur beneuole excipiuntur. Non multo post, fidei causa in vincula sũt coniecti, Vnde eos ad Al-
 buzai

blizaidem, qui plurimum apud regem gratia valebat, sequissimum tortores adduxerunt. Illi qui nam essent, & itineris causam cum interroganti peruisent cumque a Christi fide, quam constantissime predicabant, nullis nec promissis nec blandimentis deduci petuissent: iussi sunt, acriter cedi, & singuli in singulas custodias retrudi. Deinde ita crudeliter verberari, ut propria viscera apparerent. Super solum asperis testis stratum, nodi proieciuntur: totaque nocte flagris caesi, altissimis clamoribus, se se ad mortem fortiter ferendam adhortantur. Postero die cum ad regem, Admiramolinum vincti ducerentur, Otto ne sacerdote socio, interrogante, quomodo ea nocte se habuissent, Responderunt ei, praeclare & feliciter secum actum esse Regiam deinde, vir quidam primarius ingres-

sus, obviam eis venit, atque ut a fide Catholica deficiat, & Maurorum sectam amplectantur consilium dat. Ad haec cum Otto vehementer in Mahometi sectam inuectus magno animo respondisset, iratus ille, Christi militem in dextera maxilla graviter percussit. Cui Otto illic alteram maxillam praebuit, & Deum, ut ei ignosceret, precatus est. Tunc Sarraenus, ad Regem eos introduci, iussit, dignos clamans, de quorum insania Rex ipse sua manu supplicium sumeret.

Tu autem. R. Verbera carnificum, &c.

Lectio. vj.

Quos ad se introductos Rex cum & ingentibus pollicitationibus primum oblatis nihil proficeret suo gladio singulos obtruncavit, atque etiam martyrij palmam gloriosam adepti sunt Decimo septimo Cal. Februarij Anno Domini millesimo du-

I A N V A R I V S,

centesimo vigesimo, Honorio iij. Pontifice maximo, Martyrum corpora, à nequissima multitudine funibus tracta, extra muros in ignem conijciuntur: quibus cum ignis parceret: Christiani qui aderant, Deum summis laudibus extulerunt, quos statim Sarraceni lapidibus insecuti sunt: a quorum tamen ictibus omnes martyrum meritis incolumes euaserunt. Illi sanctorum corpora iterum ingenti clamore, circa muros, & per vicos raptata, dilacerarunt, dispersa tamen membra collegit, Princeps, Sanctij Lusitanæ Regis filius, nō nullique alij Christiani, quorū partim latenter in priuatis ædibus asseruarunt, partim honore sepulturæ affecerunt. Sed maxima illorum pars, ad Principem Petrum peruenit, qui ea summo cum honore, Conimbricam, deportanda, curauit: ad Cæno-

bium Sanctæ Crucis, vbi diuinitus præclara, & illustria per Christi Martyres miracula cum magna Dei gloria, & ingenti totius vrbis admiratione, coluntur. Tu autem,

Re. Tanquam aurum.

In 3. noct. Homilie in Euangelium. Descendēs Iesus de monte. *vt in cōmuni plurimorū Martyrū*

XXII. IANVARIII
INFESTO

factorum martyrum Vincentij, & Anastasij omnia *vt in Breuiario, quod officium sit duplex.*

XXIII. IANVARIII
INFESTO

descensionis Beatæ Mariæ quæ dicitur de Pace.

Ad Vesperas.

Añã Post partum Virgo inuiolata permansisti Dei genitrix, intercede pro nobis.

Psalmus. 109.

Dixit dñs dño meo: sede à dextris meis.

Donec

Donec ponam inimicos tuos : scabellum pedum tuorum.

Virgam virtutis tuæ emittet dominus ex Sion : dominare in medio inimicorum tuorum.

Tecum principium in die virtutis tuæ in splendorebus sanctorum : ex utero ante luciferum genui te.

Iuravit Dominus , & non pœnitebit eum : tu es sacerdos in æternum : secundum ordinem Melchisedec.

Dominus à dextris tuis confregit in die iræ suæ reges.

Iudicabit in nationibus, implebit ruinas : conquassabit capita in terramul-torum.

De torrente in via bibet : propterea exaltabit caput.

Ana. Post partum Virgo inuiolata permansisti : Dei genitrix , intercede pro nobis.

Ana. Pulchra es, & decora filia Hierusalem terribilis vt castrorum acies ordinata.

Psalmus. 112.

Laudate pueri dñm laudate nomen dñi.

Sit nomen domini benedictum : ex hoc nunc , & vsque in sæculum.

A solis ortu vsque ad occasum : laudabile nomen domini.

Excellus super omnes gentes dominus : & super caelos gloria eius.

Quis sicut dominus Deus noster, qui in altis habitat : & humilia respicit in caelo, & in terra.

Suscitans a terra inopem : & de stercore erigens pauperem.

Vt collocet eum cum principibus : cum principibus populi sui.

Qui habitare facit sterilem in domo : matrem filiorum lætantem.

Ana. Pulchra es, & decora filia Hierusalem, terribilis vt castrorum acies ordinata.

Ana. Dignare me laudare te, Virgo sacra, da mihi virtutem contra ho-

Res tuos.

Psalmus. 121.

Lætatus sū in his, quæ dicta sunt mihi: in domum domini ibimus.

Stantes erant pedes nostri: in atrijs tuis Hierusalem.

Hierusalem: quæ ædificator vt ciuitas, cuius participatio eius in idipsum.

Illuc enim ascenderunt tribus tribus domini testimonium Israel: ad confitendum nomini domini.

Quia illic sederunt sedes in iudicio: sedes super domum David.

Rogate quæ ad pacem sunt Hierusalem: & abundantia diligentibus te.

Fiat pax in virtute tua: & abundantia in turribus tuis.

Propter fratres meos, & proximos meos: loquebar pacem de te.

Propter domum domini Dei nostri, quæ sui bona tibi.

Añā. Dignare me laudare te Virgo sacra, da

mihi virtutem contra hostes tuos.

Añā. Corde & animo Christo canamus gloriā, in hac sacra solennitate, præcelsæ genitricis Dei Mariæ.

Psalmus. 126.

Nisi dominus ædificauerit domum: in vanū laborauerunt qui ædificant eam.

Nisi dominus custodierit ciuitatem: frustra vigilat qui custodit eam.

Vanum est vobis ante lucem surgere. surgite postquam sederitis: qui manducatis panem doloris.

Cum dederit dilectis suis somnum: ecce hereditas Domini, filij merces fructus ventris.

Sicut sagitte in manu potentis: ita filij excussorū.

Beatus vir, qui impleuit desiderium suum ex ipsis non confundetur cum loquetur inimicis suis in porta.

Añā. Corde & animo Christo canamus gloriā,

in

in hac sacra solemnitate,
præcisæ genitricis Ma-
riæ.

Añs. Cum iucundita-
te, descensionē Beatæ Ma-
riæ celebremus, vt ipsa
pro nobis, intercedat ad
Dñm Iesum Christum,

Psalms. 147.

Lauda Hierusalem Do-
minum: lauda Deum
tuam Sion.

Quoniam confortauit se-
ras portarum tuarum: be-
nedixit filijs tuis in te.

Qui posuit fines tuos pa-
cem: & adipe frumenti sa-
tiat te.

Qui emittit eloquium su-
um terræ: velociter cur-
rit sermo eius.

Qui dat niuem sicut lanā
nebulam sicut cinerem
spargit.

Mittit crystallum suam
sicut buccellas: ante faci-
em frigoris eius quis susti-
nebit?

Emitte verbum suum &
liquefaciet ea: stabit spiri-
tuseius, & fluent aquæ.

Qui annunciat verbum

suum Iacob: iustitias, &
iudicia sua Israel.

Non fecit taliter omni na-
tioni: & iudicia sua non
manifestauit eis.

Añs. Cum iucundita-
te, descensionē Beatę Ma-
riæ celebremus, vt ipsa
pro nobis intercedat ad
Dñm Iesum Christum.

Capit. Eccl. 24.



Al principio & ante
sæcula creata sũ
& in habitatio-
ne sancta eorum
ipso ministrari.

Hymnus.

Ave Maris stella,
Dei mater alma,
Atque semper Virgo,
Felix cali porta.

Stimens illud aue,
Gabrielis ore,
Funda nos in pace,
Mutans Eue nomen.

Solue vincla reis,
Profer lumen cæcis,
Mala nostra pelle,
Bona cuncta posce.

Monstrate esse matrem,
Sumat per te preces,
Qui pro nobis natus,

Tulit esse tuus.
Virgo singularis,
 Inter omnes mitis,
 Nos culpis solutos,
 Mites fac, & castos,
Vitam præsta purã,
 Iter para tutum,
 Ut videntes Iesum,
 Semper collætetur,
Sit laus Deo Patri,
 Summo Christo decus,
 Spiritui sancto,
 Tribus honor vn̄. Amé.
R. Diffusa est gratia in la-
 bijs tuis.
R. Propterea benedixit
 te Deus in æternum

Ad Magnifican. Aña.
Aue, spes nostra Dei ge-
 nitrix: aue, illud aue, per
 Angelum accipiens, aue,
 conspiciens Patris splen-
 dorê benedicta. Ave Vir-
 go sanctissima, & Mater
 sola intacta, te glorificat
 omnis creatura, matrem
 luminis. Alleluia Alleluia.

Oratio.
F Amulis tuis quæsum⁹
 Domine, cælestis gra-
 tiæ munus impertire, vt
 quibus Beatæ Virginis

partus extitit salutis exor-
 dium descensionis eius
 votiuâ solennitas, pacis
 tribuat incrementû. Per
 Dominum nostrum.

Postea fit Come. de
sancto Thimotheo.

Aña ad magnifi. Iste fact⁹
Gloria, & honore. de
communij vnus martyris

Oratio. Infirmitatem.
vt in eodem Communi.

Ad Matuti. inuitatoriû.
Descensionem Virginis
 Mariæ celebrem⁹. Chri-
 stum eius filium adorem⁹
 dominum.

Psalmus. 94.
Venite exultemus Domi-
 nõ iubilemus, &c.

In 1. noct. Aña.
Beatissimę Virginis des-
 censionem celebremus,
 vt ipsa pro nobis interce-
 dat ad Dominum Iesum
 Christum.

Psalmus. 8.
Domine, dominus no-
 ster: quam admirabi-
 le est nomen tuum in vni-
 uersa terra.
Quoniam eleuata est ma-
 gnificēcia

gnificetia tua super celos
Ex ore infantium & la-
ctentium perfecisti laudem
propter inimicos tuos: vt
destruas inimicum & vi-

ctorem.
Quoniam videbo celo
tuos opera digitorum tuo-
rum lunam, & stellas,
quæ tu fundasti.

Quid est homo, quod
memor es eius? aut filius ho-
minis, quoniam visit a seculo?
Minuisti eum paulo mi-
nus ab angelis gloria &
honore coronasti eum: &
constituisti eum super o-
pera manuum tuarum.

Omnia subiecisti sub pe-
dibus eius: oues, & boues
vniuersas, insuper & pe-
cora campi.

Volucres cæli, & pisces
maris: qui perambulant
semitas maris.

Domine dominus noster
quæ admirabile est nomē
tuum, in vniuersa terra.

Añā, Beatissimæ Vir-
ginis Mariæ descensio-
nem celebremus, vt ipsa
pro nobis intercedat ad

Dñm Iesum Christum.

Añā. Sicut mirra ele-
cta, dedisti suauitatis odo-
re sancta Dei genetrix.

Psalmus. 18.

Cæli enarrat gloriam
Dei: & opera manuū
eius annunciat firmamen-
tum.

Dies diei eructat verbū.
& nox nocti indicat scien-
tiam.

Non sunt loqueles, neque
sermone: quorum non
audiantur voces eorum.

In orbem terram exiit
fons eorum, & in fines
orbis terræ verba eorum.

In sole posuit tabernacu-
lum suum: & ipse tan-
quam sponsus procedens
de thalamo suo.

Exultauit vt gigas ad cur-
rendam viam: a summo
cælo egressio eius.

Et occursum eius vsq; ad
summum eius: nec est, qui
se abscondat a calore eius.

Lex Dñi immaculata cō-
uertens animas: testimo-
nium Domini fidele sa-
pientiam præstans paru-
ulis

elis.
Iustitiæ domini rectè læ-
 uificantur corda: præcep-
 tum domini lucidum, il-
 luminans oculos.

Timor domini sanctus
 permanens in sæculum se-
 culi: iudicia domini vera
 iustificata in semetipfa.

Desiderabilia super aurũ
 & lapidẽ pretiosum mul-
 tum: & dulciora super
 mel & fauum.

Etenim seruus tuus custo-
 dit ea: in custodiendis il-
 lis retributio multa.

Delicta quis intelligit?
 ab occultis meis munda
 me: & ab alienis parce ser-
 uo tuo.

Si mei non fuerint domi-
 nati, tunc immaculatus e-
 ro: & emundabor à deli-
 cto maximo.

Et erunt vt complacent
 eloquia oris mei: & medi-
 tatio cordis mei in cõspe-
 ctu tuo semper.

Domine adiutor meus, &
 redemptor meus.

Añã. Sicut mirra ele-
 cta, dedisti suauitatis o-

dorem, sancta Dei geni-
 trix.

Añã. Ista est speciosa
 electa a Domino, cuius
 descensionem celebramus
 vt ipsa pro nobis interce-
 dat ad Dominum Iesum
 Christum.

Psalms. 22

Domini est terra & ple-
 nitudo eius: orbis ter-
 rarum, & vniuersi qui ha-
 bitant in eo.

Quia ipse super maria fũ-
 dauit eum: & super flumi-
 na præparauit eum.

Quis ascendet in montẽ
 Domini aut quis stabit in
 loco sancto eius?

Innocens manibus & mũ-
 do corde, qui non acce-
 pit in vano animam suam
 nec iuravit in dolo proxi-
 mo suo.

Hic accipiet benedictio-
 nem à Domino: & miseri-
 cordiam à Deo salutari
 suo.

Hæc est generatio quæ-
 rentium eum: quærentiũ
 faciem Dei iacob.

Attolite portas príncipes

vc.

vestras, & eleuamini portæ æternales : & introibit Rex gloriæ.

Quis est iste Rex gloriæ Dominus fortis & potens Dñs potens in prælio.

Atollite portas principes vestras, & eleuamini portæ æternales : & introibit Rex gloriæ.

Quis est iste Rex gloriæ Dominus virtutum ipse est Rex gloriæ.

Ana. Ista est speciosa electa à Domino, cuius descensionem celebramus vt ipsa pro nobis intercedat ad Dominum Iesum Christum.

R Specie tua, & pulchritudine tua.

R. Intende prospere, procede, & regna.

In 1 noct. leguntur lectiones scripturæ eotempore occurrentis,

Responsum primum.

Sæcta & immaculata uirginitas quibus te laudibus efferam nescio. Quia quem cæli capere nō poterat tuo gremio cōtulisti

R. Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui, Quia quem cæli.

R. 1. Beatissimæ Virginis Mariæ descensionem celebremus, Vt ipsa intercedat pro nobis ad Dominum Iesum Christum.

R. Dignum namque est vt eam cum summa deuotione famulemur, per quam nobis uirginitatis insignia pulularunt. Vt ipsa.

R. 3. Quæ est ista quæ descendit sicut sol, & formosa tanquam Hierusalem, Viderunt eam filie Sion, & beatam dixerunt atque Regine laudauerunt eam.

R. Et sicut dies uerni, circumdabat eam, flores rosarum & lilia conualium. Viderunt eam.

Gloria patri. Viderunt eam.

In 3 noct. Ana.

Veniam nobis obtineat perpetuæ Virginis intercessio, cuius descensionem solenni celebramus obsequio.

Psalmus. 44.

ERuctavit cor meum
verbum bonum: dico
ego opera mea regi.

Lingua mea calamus scri-
bæ: velociter scribentis,

Speciosus forma præ fi-
lijs hominum, diffusa est
gratia in labijs tuis: pro-
pterea benedixit te Deus
in æternum.

Accingere gladio tuo:
super femur tuum poten-
tissime.

Specie tua, & pulchritu-
dine tua: intende, prospe-
re procede & regna.

Propter veritatem, &
mansuetudinem, & iusti-
tiam: & deducet te mira-
biliter dexteratua.

Sagittæ tuæ acutæ (po-
puli sub te cadent) in cor-
da inimicorum regis.

Sedes tua Deus in sæcu-
lum sæculi virga directio-
nis, virga regni tui.

Dilexisti iustitiam, & odi-
sti iniquitatem: propte-
rea vixit te Deus Deus tu

us oleo lætitiæ præ con-
fortibus tuis.

Myrtha, & gutta, & ca-
sia a vestimentis tuis, a-
romibus eburneis: ex qui-
bus delectauerunt te filia-
regum in honore tuo.

Astitit regina a dextris
tuis in vestitu deaurato: &
circundata varietate.

Audi filia, & vide, & in-
clina aurem tuam: & obli-
viscere populum tuum
& domum patris tui.

Et concupiscet rex deco-
rem tuum: quoniam ipse
est dominus Deus tuus,
& adorabunt eum.

Et filia Tyri in muni-
bus: vultum tuum deprec-
buntur omnes diuites plebis.

Omnis gloria eius filia-
regis ab intus: in fimbrijs
aureis, circum amicta va-
rietatibus.

Adducentur regi virgi-
nes post eam: proximæ eius
afferentur tibi.

Afferentur in lætitia &
exultatione: adducentur
in templum regis.

Pro patribus tuis nati
sunt

on sunt tibi filij: constitues
eos priacipes super om
ca nem terram.

a **M**emores erunt hominis
tui domine: in omni gene
ia ratione & generationem.

Propterea populi confi
tebuntur tibi in æternum:
to: & in sæculum sæculi.

in **Añs.** Veniam nobis
bli obtineat perpetuæ Virgi
m nis intercessio. cuius def
co cessionem solenni celebra
se mus obsequio.

us, **Añs.** Dignum nam
que est, vt ei cum sum
eri ma deuotione famulemur
ca per quam nobis virgini
is, tatis insignia pulularunt.

ia **Psalmus. 46.**

Deus noster refugium
gi & virtus: adiutor
ius in tribulationibus quæ in
& uenerunt nos nimis.

Propterea nos timebi
tur mus dum turbabitur ter
ati ra: & transferentur mōtes
in cor maris.

770

Sonuerunt, & turbatæ
sunt aquæ eorum: con
turbati sunt montes infor
titudine eius.

Fluminis impetus lætifi
cat ciuitatem Dei: sancti
ficauit tabernaculum su
um altissimus.

Deus in medio eius non
commouebitur: adiuua
bit eam Deus mane di
luculo.

Conturbatæ sunt gentes
& inclinata sunt regna:
dedit vocem suam, & mo
ta est terra.

Dominus virtutum no
biscum: susceptor noster
deus Iacob.

Venite, & videte opera
domini, quæ posuit pro
digia super terram: aufe
rens bella vsque ad finem
terræ.

Arcum conteret, & con
fringet arma: & scuta
comburet igni.

Vacate, & videte, quo
niam ego sum deus: exal
tabor in gentibus & exal
tabor in terra.

Dominus virtutum no
biscum

biscum : susceptor noster
Deus Iacob.

Antiphona. Dignum
namque est, vt ei cum sū-
ma deuotione, famule-
mur, per quam nobis Vir-
ginitatis insignia pulula-
runt.

Antiphona. Sicut læ-
tātium omnium nostrum
habitatio est in te sancta
Dei genitrix.

Psalms. 86.

FVerdamehta eius in
montibus sanctis : dili-
git Dominus portas Sion
super omnia tabernacula
Iacob.

Gloriosa dicta sunt de te
ciuitas Dei.

Memor ero Raab & Ba-
bylonis: scientium me.

Ecce alienigenæ, & Ty-
rus, & populus Aethiopū:
hi fuerunt illic.

Nanquid Sion dicet, ho-
mo, & homo natus est in
ea : & ipse fundauit eam

altissimus?

Dominus narrabit in scri-
pturis populorū: & princi-
pū horū qui fuerūt in ea.

Sicut lætantium omnium:
habitatio est in te.

Antiphona. Sicut lætan-
tium omnium nostrum
habitatio est in te sancta
Dei genitrix.

✠. Adiuuabit eam Deus
yultu suo.

✠. Deus in medio eius
non commouebitur.

EX GESTIS.

Sancti Illephonsi Archie-
piscopi Toletanni.

LECTIO. iij.

SVper eminente die fe-
stiuittatis gloriose sem-
perque Virginis Mariæ
sanctus Illephonsus tribus
ante diebus letanias cum
ieiunio statuit celebrari
vt abstinentia ciborum a
uitijs corpora mundifica-
rentur, & mentes ad solen-
nia deuotius peragetda,

orationibus viuificarentur. Postquam vero ad diem festum peruentum est, maxima Cleri, & populi facta aggregatione, primordia festiuitatis eminentis, vir sanctus cum iucunditate suscepit, vt eam solēniter celebraret. Media autem nocte, preparatis omnibus, quæ ad cantādum suauissimis cāntuum modulationibus, necessaria erant, dum ad matutinalia obsequia persolueda consurgeret, vt vigiliis, quas Deo, & beatæ Mariæ vouerat consecraret, ministri qui præibant quique luminaria deferebant, ostia Ecclesiæ aperientes, splendore cælesti statim præstricti, oculos in terra, lumen non valentes ferre, defixerunt, ac cum tremore, & timore fugientes, & luminaria quæ deferebant relinquētes, omnes pene mortui egressi sunt.

Tu autem Domine.

R. Beatissimæ Virginis Mariæ festum dignissimū recolamus. • Cuius Dominus humilitatem respexit, quæ Angelo nuncian te concepit Saluatorem mundi.

R. Beatissimæ Virginis Mariæ descensionem deuotissime celebremus. Cuius Dominus.

Lectio. v.

Sanctus vero Illephonsus, nullo terrore præteritus, cum ante altare, more suo, ad orationem flexis genibus se submitteret, vidit illam sanctam illam immaculatam, illam virginum reginam, sedentem, vbi ipse sedere, & populo prædicare solitus erat. Qua in sede nullus postea sedere præsumpsit, nisi Sisibertus Episcopus qui a sede illa eiectus, & exilio relegatus est. Eleuatis igitur forsam oculis, vidit virginū turmas
eam

eam laudantes, & Davidicis modulationibus, cætus dulcissimos modulata suavitate, cantantes. Cû que Virgo sanctissima, factusque vir se mutuo conficeret, ipsa attulit, quod ei contulit, & quod postea intulit, sicut illi, qui ab eo audierunt, postea retulerunt. **Tu autem.**

R. Super salutem, & omnem pulchritudinem dilecta es a Domino. & Regina Cælorum vocari dignata es. **G**audent chori Angelorum, consortes, & concines nostri.

V. Sola namque sine exemplo, placuisti femina Christo. Gaudent,

LECTIO. vj.

Ipsa quidē virgo sacratissima vēstē de thesauro filij sui, secum attulerat præciosissimam quam ideo seruo Deo dedit, sanctissimo, ut eam ipse solus in eius solennitatibus in duceret, ei que beata Vir

go dixit, Quoniām mente pura, fide firma, in meis laudibus semper permāfisti, & in laudibus meis diffusam in labijs tuis gratiam, tam dulci eloquio, in corda fidelium depinxisti, & lumbos teos, virginittatis gratia, cingulo castitatis præcinxisti: volo ut vēstāmetis perpetuæ glorię, iam in hac vita orneris, ut in futuro in cælesti illa beatitudine, cum seruis filij mei æternalæ titia læteris: & hæc dicēs ab oculis eius vna cū virginibus, luce qua venerat remeavit. Remansit autē seruus Dei de adipiscēda gloria tantum sollicitus, quantum conspicuus extitit, veste sibi data diuinitus. **Tu autem.**

R. Veni electa mea, & ponam in te thronū meum. **Q**uia concupiuit Rex speciem tuam.

V. Audi filia, & vide, & inclina aurem tuā. Quia concupiuit.

Gloria patri. **Q**uia

In 3. noct. Antiphona.

Beatissimæ Virginis Mariæ descensionem celebremus, cuius Dominus humilitatem respexit: quæ Angelo nuntiante concepit redemptorem mûdi.

Psalmus. 95.

Cantate domino canticum novum: cantate domino omnis terra.

Cantate domino, & benedicite nomini ei⁹: annûcia tede die î diē salutare ei⁹

Annunciate inter gentes gloriam eius: in omnibus populis mirabilia eius.

Quoniam magnus dominus & laudabilis nimis: terribilis est super omnes deos.

Quoniam omnes dij gētium dæmonia: dominus autem cælos fecit.

Confessio, & pulchritudo in conspectu eius: sanctimonia, & magnificentia in sâctificatione eius.

Afferte domino patriæ gentium, afferte domino gloriam & honorem: afferte domino gloriam no

mini eius.

Tollite hostias, & introite in atria eius: adorare dominum in atrio sancto eius.

Commoveatur a facie eius vniversa terra: dicite in gentibus, quia dominus regnavit.

Et enim correxit orbem terræ, qui non commovebitur: iudicabit populos in æquitate.

Lætentur cæli, & exultet terra, commoveatur mare, & plenitudo eius: gaudebunt campi, & omnia quæ in eis sunt.

Tunc exultabunt omnia ligna silvarum a facie domini, quia venit: quoniam venit iudicare terrâ.

Iudicabit orbem terræ in æquitate: & populos in veritate sua.

Añsa. Beatissimæ Virginis Mariæ descensionē celebremus cuius dñs humilitatem respexit, quæ Angelo nuntiante concepit redemptorē mundi.

Antiphona. Gloriosæ

B

Vir

Virginis festum dignissimam recolamus, & sincero sermone, descensionem eius celebremus ouâter.

Psalmus. 66

Dominus regnauit, exaltet terra: lætentur insulæ multæ.

Tubes & caligo in circuitu eius: iustitia, & iudicium correctio sedis eius.

Ignis ante ipsum præcedet: & in flammabit in circuitu inimicos eius.

Fluxerunt fulgura eius orbi terræ: vidit, & commota est terra.

Montes sicut cera fluxerunt a facie domini: a facie domini omnis terra.

Annunciauerunt cæli iustitiam eius: & viderunt omnes populi gloriam eius.

Confundantur omnes, qui adorant sculptilia: & qui gloriantur in simulacris suis.

Adorate eum omnes angeli eius: audiuit, & lætata est Sion.

Et exultauerunt filiæ Iu

dæ: propter iudicia tua domine.

Quoniam tu dominus altissimus super omnem terram: nimis exaltatus est super omnes deos.

Qui diligitis dominum odite malum: custodit dominus animas sanctorum suorum de manu peccatoris liberabit eos.

Lux orta est iusto: & repletis corde lætitia.

Lætamini iusti in domino: & confitemini memoriam sanctificationis eius.

Ant. 62 Gloriosæ Virginis festum dignissimum recolamus, & sincero sermone descensionem eius celebremus ouanter.

Ant. 63 Gaude Maria Virgo cunctas hereses sola interemisti in vniuerso mundo.

Psalmus. 67

Cantate domino canticum nouum: quia mirabilia fecit.

Saluaui sibi dextera eius: & brachium sanctum eius.

Notum fecit dominus salutare suum: in conspectu gentium reuelavit iustitiam suam.

Recordatus est misericordiae suae: & veritatis suae domui Israel.

Viderunt omnes termini terrae: salutare dei nostri.

Iubilate deo omnis terra: cantate, & exultate: & psallite.

Psallite domino in cithara, in cithara & voce psalmi: in tubis ductilibus, & voce tubae corinae.

Iubilate in conspectu regis domini: moueatur mare & plenitudo eius, orbis terrarum, & qui habitant in eo.

Lumina plaudent manu simul montes exultabunt a conspectu domini: quoniam venit iudicare terram. Iudicabit orbem terrarum in iustitia: & populos in aequitate.

Anna Gaude Maria Virgo cunctas hereses sola in termisti in uniuerso mundo

v. Elegit eam Deus, & praelegit eam.

R. In tabernaculo suo habitare facit eam.

Lectio sancti Euangelij secundum Mattheum

Lectio. vii. Cap. i

Iber generationis Iesu Christi, filij David filij Abraham, Abraham genuit Isaac, Isaac autem genuit Iacob, & reliqua. Homilia S. Hieronymi praesbyteri.

Lib. 1. Commentariorum in Matt. in initio.

In Isaya legimus: Generationem eius quis enarrabit? Non ergo putemus Euangelistam prophetae esse contrarium, ut quod ille impossibile dixit effatu, hic narrare incipiat: quia ibi de generatione diuinitatis, hic de incarnatione est dictum. A carnalibus autem cepit, ut per hominem Deum discere incipiamus Filij David, filij Abraham. Ordo

præposterus, sed necessa-
rio cõmutatus. Si enim
primo posuisset Abrahã,
& postea David, rursus
ei repetendus fuerat A-
braham, vt generationis
series texeretur.

R. Corde & animo
Christo canamus glori-
am, in his sacris solennijs
Præcellæ Dei genitri-
cis Mariæ.

A. Cum iucunditate, de
votissime, celebremus de
scensionem, Præcellæ.

Lectio. viij.

IDeo autem cæteris præ-
termiſſis, horum filium
nuncupauit, quia ad hos
tantum facta est de Chri-
sto repromissio. Ad Abra-
ham: in semine, inquit,
tuo benedicentur omnes
gêtes: quod est Christus
Ad David: de fructu ven-
tris tui ponam super se-
dem tuam. Iudas autem
genuit Phares, & Zaram
de Thamar. Notandũ, in
genealogia Saluatoris,
nullam sanctorum ſu-
mi mulierũ, sed eas quas

scriptura reprehendit: vt
qui propter peccatores
venerat: de peccatricib⁹
nascês omniũ peccata de-
leret. Vnde & in conse-
quentibus Ruth Moabi-
tis ponitur, & Bethſabæ
vxor Vriæ.

R. Felix namque
es sacra virgo Maria, &
omni laude dignissima.

A. Quia ex te ortus est sol
iustitiæ, Christus Deus
noster.

A. Ora pro clero, subue-
ni populo, intercede pro
deuoto fãmineo sexu. Sê-
tiant tuum iuuamen qui
cunque celebrant tuam
sanctam descensionem.

Quia ex te.

Gloria Patri. Quia, & c.
Nona lectio legitur de S.
Timotheo, nisi venerit
in Dominica, quia tunc
nona lectio legitur de E-
uangelio Dominicæ.

Ad laudes, & per horas

Añz. Post partũ Vir-
go inuiolata permanſiſti
Dei genitrix intercede
pro nobis,

Psal.

Pfal.

Dñs regnavit decorem.

cū reliquis de Dominica.

Añs. Pulchra es, & decorata filia Hierusalem, terribilis vt castrorum acies ordinata.

Añs. Dignare me laudare te Virgo sacrata, da mihi virtutem contra hostes tuos.

Añs. Corde & animo Christo canamus gloriam in hac sacra solennitate, præcelsæ genitricis Dei Mariæ.

Añs. Cum iucunditate, descensionem beatæ Mariæ celebremus, vt ipsa pro nobis intercedat ad Dominum Iesum Christum.

Capitulum. Eccles. 24.



Ab initio, & ante sæcula creatum, & vsque ad futurum sæ-

culum non desinam, & in habitatione sancta coram ipso ministraui.

Hymnus.

O Gloriosa Domina,
Excelsa super sydesa

Qui te creauit provide

Lactanti sacro vbere,

Quod Eua tristis abstulit

Tu reddis almo germine:

Intrent vt altra flebiles,

Cæli fenestra facta es.

Tu regis alti ianua,

Et porta lucis fulgida:

Vitam datâ per Virginē,

Gentes redemptæ plaudite

Gloria tibi Domine,

Qui natus es de Virgine,

Cū patre, & facto Spiritu

In sempiterna sæcula. Amē.

v. Diffusa est gratia in labijs tuis,

Re. Propterea benedixit te Deus in æternum.

Ad Benedictus. Añs.

Oramus te Virgo virginum, Oramus te dignissima ætæ regis sponsa, Oramus te mundi Regina, vt pro nobis apud propitium intercedas filium.

Oratio.

Familis tuis quæsumus Domine, celestis gratiæ munus impartire, vt quib⁹ beatæ Virginis partus

I A N V A R I V S.

us extetit salutis exordium, descensionis eius vota solennitas, pacis tribuat incrementum. Per Dominum.

Deinde fit Commemoratio S. Timothej Episcopi & Martiris.

Añã. Qui odit animã suam. **¶** Iustus vt palma florebit. **Oratio.** Infirmi-
tatem nostram respice omnipotens Deus.

De comm. vnus mart.

Ad tertiam Añã.

Pulchra es. Capitul. Ab initio & ante sæcula. vt **sup.** fol. 5. **¶** Breue. Specie tua. **¶** & pulchritudine tua.

¶ Intende prospere procede & regna, & pulchritudine.

Gloria patri, & filio, & Spiritui factõ. specie tua.

¶ Aduuabit eam Deus vultu suo, Deus in medio eius non comouebitur.

Ad Sextam. Añã.

Dignare me.

Capitul. Eccles. 24.



T sic in Sion firmata sum, & in ciuitate sanctificata similiter requieui, & in Hierusalem potestas mea, & radicaui in populo honorificato, & in partes Dei mei hæreditas illius, & in plenitudine sanctorum detentio mea.

¶ Breue.

Aduuabit eam. **¶** Deus vultu suo. Aduuabit.

¶ Deus in medio eius non comouebitur. Deus vultu

Gloria Patri, & filio. Aduuabit.

¶ Elegit eam Deus.

Ad Nonam Añã.

Cõiucunditate. Capitul.

In plateis sicut Sinamum, & Balsamum aromatizans odorem dedi: quasi Mirra electa dedi suauitatem odoris.

¶ breue. Elegit eam Deus. **¶** Et præelegit eam. Elegit.

¶ In tabernaculo suo habitare facit eam. Et præligit

¶ Difusa est gratia in labijs

bijst tuis.

*Propterea benedixit
te Deus in æternum?*

*In secundis vesperis om-
nia vt in primis vesperi.*

*Missæ dicitur de nati-
uitate eiusdem Virginis
Mariæ, mutato nomine
Natiuitatis i Descensionis.*

FEBRUARIVS.

Die iij Februarij.

IN FESTO SANCTI

Blasij Episcopi & Mar-

*tiris. Omnia vt de
commun. vnius
martiris.*

Oratio.

Deus qui nos beati Bla-
sij martiris tui atque
Pontificis, annua solenni-
tate lætificas, concede

propitius, vt cuius nata-
lita colimus, de eiusdem
etiam protectione gau-
deamus. Per Dominum
In 1. noct. leguntur re-
ctiones scripturæ eo tem-
pore occurrentis. In 3.
nocturno.

Ex Simeone Methaphra-

*ste. Blasius Sebastæ in Capa-
docia, &c.*

*De expositione S. Am-
brofij Episcopi in Psal 118*

*Principes persecuti sunt
me gratis.*

*in Euangelium. Si quis
vult venire post me.
in communi vnius mart.*

MARTIVS

nihil habet.

APRILIS.

Die ij. Aprilis.

B 4

IN

INFESTO.

SANCTI FRANCISCI
DE PAULA CONFESS.

D V P L E X.

Ex præcepto S. D. N. Sixsti P. Quinti.

*Ve' in communi Confess.
non Pontif. Oratio.*



Eus hu-
milium
celsitu-
do, qui
beatum
Franci-
scum cō-
fessorem tuum, sancto-
rum tuorum gloria su-
blimasti: tribue quæsu-
mus, vt eius meritis, &
imitatione, promissa hu-
milibus præmia fœliciter
consequamur. Per Domi-
num nostrum,

*In j. noctur. Iustus si
morte præoccupatus fue-
rit, vt in communi cōfes-
sorū nō Po. Lect. iij.*

Franciscus Paulæ,
quod est in Calabria
oppidum, humilibus, &
honestis parentibus na-

tus est singulari Dei mu-
nere. Ipsi namque, cum
sine prole multos annos
in matrimonio viuerent,
tādē voto piè factō & pre-
cibus Sancti Frāncisci Aſsi-
ſinatis, filium suscepe-
runt, quē propterea Fran-
ciscum quoque appella-
runt. Is porro aduersus
mundum, carnem, & dæ-
monem fortiter dimican-
do, inter ceteros Christi
Iesu athletas, admirandis
virtutum exemplis, meri-
tisq; sanctam ecclesiam
decorauit. Puer igitur in
sortē Domini electus, de-
cimū & tertium circiter
annum agens, magnū ve-
ræ pietatis specimen præ-
buit: in ere mūq; secedens
annos ferè sex ibi victu
asperam sed meditationi
bus suauem, & cælestem

vitam duxit. De eius san-
ctitate, cū celebris fama
esset, ideoq; multi se ei in
disciplinam tradidissent :
inde, vt alijs prodesset, ex-
ire coact⁹ est. Quare pro-
pe Paulam suis iranibus
ac laboribus magni eccle-
siam ædificare aggressus,
aliorum elemosynis adiu-
tus, opere, formaq; nota-
bili perfecit : atque in ea,
quanto maius ædificium
extruere volebat, tanto
altius eicit fundamenta or-
dinis sui. *Lectio. v.*

FVit autem mirifica in
loquendo gratia. Et
vero humilitatem ample-
xus, infirmum quodq; ac
maximè abiectum mini-
sterium, ita etiam inter di-
scipulos suos, obire stu-
duit, vt & se omniū minimū
& sui ordinis alumnos, mi-
nimositè appellari illitue-
rit. Castitatè perpetuo co-
luit. Humi cubans, se no-
ctu flagris verberabat: la-
neo, rudiq; panno vesti-
tus, nudis pedibus semper
ibat. Admirationi fuit om-

nibus propter cibi absti-
nentiā : pane enim tan-
tum, & aquæ potu semel
in die post solis occasum
se reficiebat. Ad panem si
quando corporis vires de-
ficerent, adhibuit olera,
& legumina, aut piscicu-
los aut eiusmodi obsoniū,
quo vesci in quadragesi-
ma licet. Quadragesima-
lem autè hanc vitam vt
fratres item sui ordinis
omni anni tempore serua-
rent, quarto eos voto de-
uinxit. Eius porro sancti-
tatem, miraculorū etiam
magnitudinè testatā De-
us fieri voluit. Demones
enim effugauit, cæcorum
oculos, mutuorū ora aper-
uit, morbos insanabiles
curauit, mortuosq; susci-
tauit. In fornacem calca-
riā, flammarum vi effer-
uescentè, ingressus, ignè
repressit, & inuiolatus
euasit: palmis ardètes pru-
nas, ac titiones illesus tra-
ctauit. Sicilię fretū, itra-
to fluctib⁹ pallio suo, i co-
quasi pedibus nisus, cum

A P R I L I S.

Socio transmisit, admirá-
 ribus nautis, à quibus in
 littore relictus erat, quia
 nihil habuerat, quod pro
 nauulo solueret. Propheti-
 co autem spiritu multa fu-
 tura prænunciauit. His,
 alijsq; & in vita, & post
 obitū miraculis claruit:
 eamq; ob rē Minimorum
 ordo in Italia primū post
 in omnibus ferē Christia-
 ni orbis partibus est pro-
 pagatus, Lect. vj.

Eius odor sanctitatis in
 omnem prope terrā
 effusus cum esset, illius fa-
 ma motus Gallorū Rex
 Ludouicus vndecimus, à
 Sixto Quarto Pontifice
 impetrauit, vt ad se in Ga-
 lliā mitteretur: vbi singu-
 larideuotione ab eo susce-
 ptus, atq; in honore dein-
 ceptus habitus, cœnobia,
 vt antea in Italia, alijsque
 prouincijs, construxit, sã-
 ctisq; institutis, maximè
 vero humilitatis, & cha-
 ritatis exemplis stabilivit
 Demum vir Dei, sibi finē
 humanæ peregrinationis

adesse cum intelligeret:
 pridie quam ex hoc sæcu-
 lo abiret, ad ecclesiã des-
 cendit: vbi in Missa con-
 uentuali, multis sui ordi-
 nis fratribus, qui ex diuer-
 sis regionibus cõuenerat
 præsensibus profusa la-
 crimarū vi sacrū viaticū
 sūpsit. Postridie, eos õnes
 salutaribus monitis cohor-
 tatus, mox ad mortis co-
 gitationē piē intētus cru-
 cis imaginem sepe ample-
 xus, cū sæpe pronuncia-
 set: In manus tuas Dñe,
 commendo spiritū meum
 iunctis manibus in celum
 oculis nonagesimū pri-
 mum annum agens, apud
 Turones migravit ad Do-
 minum, anno salutis no-
 stræ millesimo quingente-
 simo septimò die parasce-
 ues, & hora, qua ipse sal-
 uator pro mundi redem-
 ptione i ligno crucis spiri-
 tū emisit. Dies vndecim
 sepultus, atq; icorruptus
 ita permansit, vt suavis
 odor ex eo mirificè mas-
 naret, Eum Leo Decimus

Pont.

Pont. tantarum, tamque
cælestium virtutum lau
de clarum, retulit in san
ctorum numerū: postea
Sixtus V. Pont. duplicis
officij ritū celebrari præ
cepit.

*In tertio noct. Homil.
in Euang. Nolite timere
vt in communi Consec.
non Pontificum.*

SANCTI
Francisci de Pau-
la Missa.

*Iustus, vt palma florebit.
de communi consec. non
Pont. præter orationem,
quæ dicitur, vt infra,*

Oratio.

DEus humilium celsi-
tudo, qui beatum Frá-
ciscum confessorem tu-
um sanctorum tuorum
gloria sublimasti, tribue
quæsumus, vt eius meri-
tis, & imitatione, promif-
sa humilibus premia fæ-
liciter consequamur, Per

Dominum nostrum.

Secrera.

HÆc dona deuotæ ple-
bis domine, quibus
tua cumulamus altaria,
beati Francisci meritis,
tibi grata, nobisque salu-
taria, te miserante, reddá-
tur, Per Dñm nostrum.

ORATIONES

Sumpta Domine sacra-
menta cælestia, bea-
to Francisco confessore
tuo intercedente, preca-
mur, vt & temporalia vi-
tæ subsidia nobis confe-
rant, & æternæ. Per Do-
minum nostrum.

XXIII. APRILIS



*N*on festo sancti
Hermenegildi
martiris, om-
nia vt in com.

*vnus martiris. In 1. noct.
lectiones de libro scripta-
re eo tempore occurren-
tis. In 2. noct.*

*De expositione S. Am-
broij Episcopi in Psal. 118
Serm. 31. Lectio. iij.
Principes persecuti sunt*

me

APRILIS.

me gratis, &c.

In 3. noct. Homilia in
Euangelium Siquis vult
venire post me, de co-
dem communi.

Si autem hoc festum
celebretur post Pascha:
omnia vt in comm. mar.
temporis Paschalis. In 1.
noct lectiones. scripturę
eo tempore occurrentes.

In 2. noct. Sermo S. Am-
brofij Episcopi.

Serm. 74. de Nat. Matt.
in sermonibus

Lectio. iij.

Dignum & congruum
est, fratres.

In 3. noct. Humilia in E-
uangelium.

Ego sum vitis, & vos
palmites. vt in commun.
vnius martyris tempore
paschali.

XXIII. APRILIS

In festo sancti Georgij
Martiris, omnia de com-
muni vnius martyris, tē-
pore paschali, vt in Bre-
uiario.

XXIX. APRILIS,

INFESTO

S. PETRIM MARTYRIS ORDINIS PRÆDICATORVM

D V P L E X.

Expræcepto S. D. N. Sixsti P. Quinti.

Vt in communi vnius
mar. nō Pō. Oratio.



Ræsta quæsu-
mus omnipotēs
Deus vt beati
Petri martyris
tui fidem congrua deno-

tione sectemur, qui pro
eiusdem fidei dilatatione
martyrij palmam meruit
obtinere. Per. Lect. iij.

BEatus Petrus martyr,
ordinis Prædicatorum
egregius fidei defensor;
iam

jam inde ab infāntia contra hæreses mirabiliter pugna, admirandis sanctarum virtutū progressionibus, præclarisq; pro gloria Dei dimicationibus, ad coronam martyrij peruenit. Is Veronæ in Gallia Cisalpina natus è parentibus Manichæorum hæreſi infectis, ne infans quidem, vllis paternis neq; blanditijs, neque minis eò deduci vnquam potuit, vt consuetudinem, aut colloquium cū impijs hominibus haberet; sed ab ijs longe refugiens, etiam a domestica hæreſicæ prauitatis labe purum, integrumque se diuinitus conseruauit, Annos verò circiter septēnatus, cum scholas frequentaret, inde rediens, patruo hæreſico occurrit: à quo interrogatus, quid tandem in ijs didicisset: Christianæ fidei symbolum se didicisse, respondit. A cuius fidei professione puerū abducere blan-

dis dolis, ac minitationibus hæreſicus conatus, nihil tamen ab eo vnquā obtinuit: qui spiritu sancto repletus, constanter affirmavit, quod legisset quodque scriptum esset id se velle, & credere, & profiteri. Tanta igitur cōstantia pueri victus: cum timeret id, quod postea successit, ne adultus hæreſicorum perfidiam confringeret, patri suadere nō destitit, vt eum a scholis auocaret. Sed, neque hoc impetravit, Dei voluntate, qui iniquorū hominum dissipat cognitiones. Tu autē. **Lectio. v.**
In ipsa igitur pueritia cū hæreſicos vicisset, adulta ætate Bononiam studij causa venit: vbi tutiorem vitæ viam ingrediens, vt huius nequam seculi pericula quoque superaret, institutum ordinis prædicatorum suscepit: in quo, tanquam lumine aliquod, eius sanctitas perpetuo eluxit. **Be**

A P R I L I S.

at enim patris Dominici exempla secutus, mente corporeque virginitatem coluit, vsque adeo, vt nullius mortiferi peccati conscientia se vnquam inquinatum esse senserit. Ieiunijs, & vigilijs corpus ita maceravit, vt neruis piæ abstinencia contractis, dentes etiam aliquando compressit, ad sorbendum deduci egre possent. Mente vero diuinis cõtemplationibus assidue exercuit: nullumque tempus ab actione, aut meditatione vacuum reliquit. Nam breui somno contentus, reliquam noctis partem in sacris studijs, precibus, orationeque traduxit, in qua ardentissime versabatur: diem autem in salute animarum procuranda posuit, cum vel conciones haberet, vel pænitentium confessiones audiret, vel hæreticorum impia dogmata firmissimis refutaret argumentis: in ijs enim spe

cialis doño gratiæ hostetur claruisse. Sed tantam etiam in concionando vim habuit, vt innumera hominum multitudo ad eum audiendum confluens, tempus anteuerteret, locaque præriperet. Itaque, cum præturba in ecclesiam ingredi aliquando non possent, tantopere colebatur, vt in lectica ob venerationem inclusus, ciuiumque humeris delatus, eõ introduceretur. Vbi illum concionantem audierunt, multi hæresim abiurabant; plures, depositis odijs, pacem conciliabant; plurimi ad pœnitentiam se parabant cum de ea sæpius conciones suas ipse institueret. Ijs potissimum prophete verbis: Adhuc quadraginta dies, & Ninive subuertetur. **Tu autem Domine.** **Lectio**

Admiranda vero humilitate, & ardenti charitate, omnibusque virtutum ornamentis ex
cultus

cultus vir Dei, hoc præter cætera habuit, vt omnem pro fide dimicationem suscipere; pro qua etiam martyrium subire, Deum assidue precabatur. Quocirca cum in ditione Mediolanensi sacrae Inquisitionis munus, a Sede Apostolica commissum, sancta sollicitudine gereret, vt locum sanæ nunquam reliquerit neque concionibus neque monitionibus, neque alijs officijs, quibus ad veritatis lucem hæreticos reuocaret: ij odio imbuti, necesse, quam etiam ille concionando paulo ante prædixerat, machinati sunt. Quorum precibus, pretioque inductus, quidam sacrarius illum Cumis Mediolanum, officij sui causa redeuntem, gladio in capite semel atque iterum vulnerauit. Itaque penè necatus beatus martyr, dum ait: In manus tuas Domine commendo spiritum meum, Symbolum

que fidei, quam patris blandimētis, ac minis per abnegare noluit, in ipsa etiam nece recitare nõ oblitus, in lateribus quoque mucrone ab eodem transfuerberatus, ad martyrij præmium migravit in cælum. Sabbato in Albis, anno Salutis millesimo ducentesimo, quinquagesimo secundo. Anno autem sequenti cum eius sanctissimam vitam ac miracula; quæ cooperante Domino, & ante, & post martyrium multa edidit, diligenter Innocentius quartus Pontifex cognouisset, solenni ritu illum adscripsit in numero beatorum martyrum. Eius porrò diem natalè Sixtus Quintus Pontifex duplici officio celebrari constituit. **1.** u autem.

In tertio Nocturno Homilia in Euangeliũ Ego sum vitis vera. In comuni Martyrum non Pontificum tempore Paschali.
SAN.

APRILIS.

SANCTI

Petri Martyris

Missā.

Protexisti me Deus, &c.
de communi Mart. non
Pont. præter orationem
quæ dicitur, vt infra.

Oratio.

PRæsta quæsumus om-
nipotens Deus, vt be-
ati Petri martyris tui fi-
dem congrua deuotione
seciemur: qui pro eius
dē fidei dilatatione, mar-
tyrij palmam meruit ob-
tinere. Per Dominum no-
strum Iesum,

Secreta.

PReces quās tibi Domi-
ne offerimus, interce-
dente beato Petro marty-
re tuo clementer intende
& fragiles fidei sub tua
protectione custodi. Per
Dominum nostrum.

Postcommunio.

Fideles tuos Domine,
custodiant sacramen-
ta quæ sumpsimus: & in-
tercedente beato Petro
martyre tuo: contra om-
nes aduersos tueantur in-
cursus Per Dominum.

MAIUS

nihil habet.

IUNIUS.

Die xiiij. Iunij.

IN

INFESTO 19
SANCTI ANTONII
DE PADVA CONFESS.

OFFICIUM.

Ex præcepto S. D. N. Sixsti P. Quinti.



vt in communi Confesso
rum non Pontificum.

Oratio.

Ecclēsiā tuā Deus,
beati Antonij Confes
seris tui solennitas voti
ua lætificet, vt spiritali
bus sēper muniatur au
xilij, & gaudijs perfui
mereatur æternis. Per
Dominum nostrum.

In primo Nocturno. De
libro Sapientie. L. j. c. 4.

Iustus si morte præocu
patus fuerit, in refrige
rio erit. Senectus enim
venerabilis est, non diu
turna, neque annorum nu
mero computata. Cani
autem sunt sensus homi
nis, & ætas senectutis
vita immaculata. Placēs
Deo dilectus factus, &
vivens inter peccatores,
translatus est. Raptus est
ne malitia mutaret intel
lectum eius, aut ne fictio
deciperet animam illius.
Fascinatio enim nugacita
tis obscurat bona, & in
constantia concupiscen
tiæ transuertit sensum si
ne malitia. Consumma
tus in brevi explevit tem
pora multa. Placita enim
erat Deo anima illius: pro
pter hoc properavit edu
cere illum de medio ini
qui

C

qui

quitatum. *R.* Euge ser
ue bone, &c.

Lectio. ij.

P Opuli autem videntes
& non intelligentes,
nec ponentes in præcor
dijs talia: quoniam gra
tia Dei, & misericordia
in sanctos eius, & respe
ctus in electos illius. Cō
demnat autē iustus mor
tuus viuos impios: & iu
uentus celerius consum
mata longam vitam in
iusti. Videbunt enim fi
nem sapientis, & non in
telligent quid cogitau
erit de illo Deus, & quare
munierit illū Dominus.
Videbunt, enim, & con
temnent eum: illos autē
Dñs irridebit. Et erunt
post hæc decedentes sine
honore, & in contumelia
inter mortuos in perpe
tuum: quoniam disrupti
sunt inter filios Dei, &
inter sanctos sors illorum
est. *R.* Iste cognouit in
iustitiam, &c.

Lectio. iij.

E Teruit gementes, &
memoria illorum pe
riet. Venient in cogitati
one peccatorum suorum
timidi, & traducent illos
ex aduerso iniquitates ip
sorum. Tunc stabunt iu
sti in magna constantia
ad verus eos qui se an
gustiauerūt, & qui abstu
lerunt labores eorum. Vi
dentes turbabuntur timo
re horribili, & mirabun
tur in subitatione inspera
tæ salutis, dicentes intra
se, pænitentiam agentes
& præ angustia spiritus
gementes: Hi sunt, quos
habuimus aliquando in
derisum, & in similitudi
nem improperij. Nos in
sensati vitam illorum esti
mabamus insaniam, & fi
nem illorum sine honore.
Ecce quomodo computa
ti sunt inter filios Dei, &
inter sanctos sors illorum
est. *R.* Iste cognouit in
iustitiam, &c.

In secun

do Noctur. Lect. iij.

Antonius, antea Fernā
aus vocatus, Vlyssi

pone in Lusitania ab honestis ortus parentibus, cum pie educatus esset, adolescens, mundi spreus illecebris, Canonico regularium Sancti Augustini institutum religiose suscepit. Verum quo tempore corpora beatorum Martyrum quinque Fratrum Ordinis Minorum, qui pro Christi fide apud Marrochium paulo ante passi erant, Conimbricam magna Regis, populique religione transferrebantur, martyrij desiderio incensus, Abbatis sui tandem concessu, a Canonico Augustinianorum Ordine ad Franciscanum transiit: mutatoque nomine Antonium se vocari petiit, appellatione loci, quo ad habitum suscipiendum venerat, qui sanctus Antonius nuncupabatur. Martyrij autem spe in dies ardentius inflammatus, ad Sarracenos, cum primum facul-

tatem a Fratribus habiturum ire properavit: sed infirma valetudine, quæ diu illum grauius afflixerat, in patriam redire coactus cum ad Hispaniæ littora nauim appellere putaret, ventorum impulsu in Siciliam venit, Dei providentia reservatus ad plurimorum salutem, quos varijs in prouincijs e peccatorum sordibus reuocavit ad salutares penitentiae fructus. *R.* Ille est, qui, &c.

LECTIO. V.

A Sissium e Sicilia ad generale Capitulum venit: inde ad Aemiliam prouinciam, ubi in eremum Montis Pauli secessit. Quo loco, cellam in crypta quadam nactus, diuinis contemplationibus orationi, abstinentiæ, ieiunio, vigiliisque diu vacauit. Postea autem, diuino spiritu roboratus, ad Forum Liuij, ut sacris ordinibus initiaretur, vna cum alijs Fratribus profectus

fectus, superioris iussu sermonem tanta mysteriorum vi, & copia habuit, ut apud omnes magnam sui admirationem excitavit. Missus vero deinceps ad concionandum mirificè profecit. Inimicitias, odia, scœnora, furta, rapinas, aliaque peccata & publica, & priuata, ubi gentium fuit, prædicationi sua diuinitus subtulit: hæresesque vniuersasque prostravit, ideoque vocatus est perpetuus hæreticorum Malleus. Primus Ordinis Franciscanum fuit, qui Bononiæ, alijsque locis sacrarum literarum interpres Fratrum suorum studio præfuit. Enim verò monasteria, habitavit, interpretationum diuinarum munere, concionumque usu frequenti mirabiliter illustravit. Nam diuina sapientia affluens, in cœlestibus mysteriis loculenter, copiose, & explicandis, vsque adeo præstitit

ut cum eum aliquando concionantem Pontifex audiret, Arcam testamenti appellaret. *R.* Amavit eum Dominus, &c.

Lectio. vj.

EA porro in veneratio-
ne fuit, ut cum innumera hominum multitudo, etiam in tempesta nocte, ad eius conciones conflueret, vestem cultiorè omnes ferè deponerent. Sanctitate autem, quam quotidie fermè inauditis miraculis Deus testificatam esse voluit, ubique præluxit, vsque adeo, ut mulieres ex illius tunica particulas præciderent, quas reliquiarum loco asseruarent. Multis verò peragratis provincijs, anno denique ante obitum venit Patavium ubi ab omni alia cura vacuus, in oratione, prædicatione, confessionibusque audiendis assiduus, atque alijs pietatis operibus deditus, admiranda etiam suæ diuinæ

virtutis monumenta reliquit. Itaque laboribus magnis pro Dei gloria perfunctus, demum cum dies migrationis venit, vnctione sacra precepta palmisque pænitentia- libus deuote pronuntia- tis, paulo post, quasi dor- menti similis in manu astantium conquiescens, idibus Iunij ad primum abiit in cælum anno Domi- ni millesimo ducentesi- mo trigesimo primo. Eū tātis meritis cumulatū, miraculorūq; laude cla- rum, Gregorius nonus Pōtifex ī Sāctorū cōfesso- rū numero adscripsit. Po- stea Sixtus quintus Pon- tifex duplicis officij ritu celebrari præcepit.

℞ Ille homo perfecit omnia.

In tertio Nocturno.

Lectio S. Evangelij
secundum Lucam.

Lectio vij.

In illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis. Sint lumbi vestri præcin-

cti, & lucernæ ardentes in manibus vestris. Et reliqua.

Homilia S. Gregorij P.

Sancti Evangelij, fra- tres charissimi, vobis apertè est lectio recitata: sed ne aliquibus ipsa ei⁹ planities alta fortasse vi- deatur, eam sub breuitate transcurramus: quate- nus eius expositio ita ne- scientibus fiat cognita, vt tamen scientibus non sit onerosa. Quia viris luxuria in lumbis sit, fœ- minis in vmbilico, testa- tur Dominus, qui de dia- bolo ad beatum Iob lo- quitur, dicens. Virtus eius in lumbis eius, & fortitudo illius in vmbi- lico ventris eius. ℞. Ille homo ab adolescētia sua.

Lectio viij.

Principalis igitur se- xu lumborum no- mine luxuria designatur, cum Dominus dicit. Sint lumbi vestri præcin- cti. Lumbos enim præcingi- mus, cum carnis luxuriā

per continentiam coarctamus. Sed quia minus est, mala non agere, nisi etiam quisque studeat & bonis vperibus insudare, protinus additur: Et lucernæ ardentes in manibus vestris. Lucernas quippe ardentes in manibus tenemus, cum per bona opera, proximis nostris lucis exempla monstramus: de quibus profecto operibus Dominus dicit, Luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona & glorificent patrem vestrum, qui in cælis est.

& Sint lumbi vestri precincti. *Lectio ix.*

Dvo autem sunt, quæ iubentur, & lumbos restringere, & lucernas tenere: vt & munditia sit castitatis in corpore, & lumen veritatis in operatione. Redemptori etenim nostro vnam sine altero placere nequaquam potest: si aut is, qui bona agit, adhuc luxuriæ in

quinamenta non deserit aut is qui castitate preeminet, nec dum se per bona opera exercet. Nec castitas ergo magna est sine bono opere: nec bonum opus est aliquid sine castitate. Sed si vtrûque agitur, restat, vt quisquis ille est, spe ad supernam patriam tendat, & nequaquam se a vitijs pro mundi huius honestate contineat.

IN FESTO S.
Antonij de Padua.
ad missam. Introitus.



S iusti meditabitur scientiam, & lingua eius loquetur iudicium: lex Dei eius in corde ipsius. *Psal.*

Noli æmulari in malignantibus, neque zelaueris facientes iniquitatē.

Gloria Patri, & filio.
Oratio.

Ecclēsiā tuā Deus
beati Antonij Confes-
soris tui solennitas voti-
ua lætificet: vt spiritua-
libus semper muniatur
auxilijs, & gaudijs per-
frui mereatur æternis.
Per Dominum.

Epistola in Commu-
ni Confessorum non pō.

Beatissimus vir: qui inuen-
tus est sine macula.

EVANGELIUM.

In illo tempore: Di-
xit Iesus discipulis su-
is. Sint lumbi vestri præ-
cincti.

Offertorium. V^{er}itas
mea & misericordia
mea cum ipso: & inno-
mine meo exaltabitur
cornu eius. *Secreta.*

Præsens oblatio, fiat
domine populo tuo
salutaris: pro quo digna-
tus est patri tuo, te vi-
uentem hostiam immo-
lare, qui vivis & regnas,
cum Deo patri in unita

te Spiritus sancti Deus.
Per. *Postcommunio.*

Beatissimus servus, quem
cum venerit Domi-
nus inuenerit vigilantē.
Amen dico vobis super
omnia bona sua consti-
tuet eum. *Postcomm.*

Diuinis quæsumus do-
mine muneribus, sa-
tiati, vt beati Antonij
Confessoris tui meritis
gloriosis salutaris victi-
mæ desideratam sentia-
mus effectum. Per.

I V L I V S.

III. I V L I I.
*In festo sanctæ Elisa-
bæ reginæ, Omnia de cō-
muni nec virginis, nec
martyris. Oratio.*

Omnipotens sempiterno
Deus qui beatā Eli-
sabeth, de terrestribus re-
gni culmine translata,
in cælesti tuo regno glo-
ria sublimasti: eius meri-
tis & intercessione, fac
nos quæsumus, ad ean-
dē gloriā peruenire. Per.

In 1. noct. Lectiones
scripturæ eo tempore oc
currentis.

In 2. noct. Lect. iiii.

Lisabet Petri
Aragonie Re-
gis, & constan-
tie filia, Portu-
galie quondam Regina:
ab infantia vsque ad no-
num etatis annum apud
auum Iacobum Regem
sancte nutrita est. Qui
inspecta mirabili eius in-
dole, illud sæpe dicere
solebat, suã hanc neptẽ
& alumnam, summum
aliquando decus & or-
namentum, Regie do-
mus Aragonie alaturã,
quod præsagium, euen-
tus postea confirmavit.
Mortuo auo, cum pater
hæreditario iure regnũ
suscepisset, reducta in
paternam domum, quã
tum per etatem licebat,
orationibus, ieiunijs, om-
nique pietatis & religio-
nis studio dedita, pue-
rales annos transegit.
Cam igitur mirabili for-

ma corporis, mirabilio-
rem animi pulchritudi-
nem præferens, ad
etatem nubilem deuenis-
set, eam pater Dionysio
Regi filiam despondit.
Ducta in Lusitaniam, do-
mum suam non, vt pue-
la circa corporis cultũ,
occupata, sed vt egregia
solicitaque mater fami-
miliã, sic agendæ vitæ
rationem instituit, vt ma-
trimonio satisfaceret si-
ne quærela, & Deo per
omnia satageret compla-
cere. Tu autem, &c.

Propter virtutẽ, &c.

Lectio. v.

ANum agens
decimum septi-
mum filiam pe-
perit constan-
tiam, quæ postea Regi-
na fuit Castellæ vigesi-
mo autem etatis anno,
peperit Alphonsum fili-
um, qui Dionysio patri
successit, summa erat ei-
s sapientia, morum inno-
centia, vitæ puritas, in
Deum religio, charitas
&c.

& reuerentia erga vir-
rum, erga domesticos
mansuetudo, clementia
erga populum, erga pau-
peres & egenos benigni-
tas, erga afflictos mise-
ratio, erga Dei seruos
miserabiles affectus. Red-
dituum suorum partem
maximam pauperibus,
pupillis, & personis: si-
ue morbo, siue quavis
alia egestate oppressis
impendebat. Diuina of-
ficia quotidie, & audie-
bat attente & ipsas etiã
canonicas horas, defun-
ctorum officium, pœni-
tentia psalmos, & mul-
ta alia summa religione
recitabat. Carnem mira-
domabat abstinentia. In
quadragesima, aduentu,
sextis ferijs sabbathis,
& ieiuniorum diebus nõ
nullis etiam sponte ad-
ditis, ita ieiunabat, vt
nullo penitus vteretur
obsonio. Reliquo anni
tempore tribus in heb-
domada diebus ieiuna-
bat. In Coena Domini

duodecim mulieribus le-
prosis, vestes nouas lar-
giebatur, pedes lauabat
& osculabatur deinde ad
mensam splendide appa-
ratam, maxima sedulita-
te ministrabat. Aliquan-
do hanc pedum ablutio-
nem in memoriam Do-
minicæ humilitatis cum
perageret: peruenit ad
quandam ex leprosis illis
mulieribus, quæ vno in
peluim posito, alterũ pe-
dẽ abcondebat. At Re-
gina cum pedem illum
lauisset, alterum vt pro-
ferret imperauit: Cumq̃
renuentem coegisset, pro-
tulit pedẽ Cancro cor-
rosum, a quo cum pro-
pter horrorem, & fato-
rem quæ aderant mini-
stræ oculos auertissent.
Regina misericordia mo-
ta, pedem aqua calida
fouebat digitis tractãs le-
uiter, ne mulieri dolo-
rem inferret. Denique
facto desuper signo Cru-
cis sine vlla nausea Cæ-
crum osculata est. Quo

osculo immedicabile illud malum, statim penitus est ablatum, & pes sanitati restitutus est. **F**u autem.

Be. Dilexisti. Lectio. vj.

T si monasterijs omnibus, seu virorum, seu mulierum tam ad vitæ sustentationem, quam ad Ecclesiarum structuram necessaria suppeditabat: peculiari tamen affectu, quo sanctam Christi Virgine Claram venerabatur, Cænobium in suburbio Conimbricensi, structura nobili capit ædificare. Ad quod cum aliunde aliquot expectatæ virtutis fæminas, eius institutum professas addoxisset, breui illud nobilium Virginum congregatione insigne reddidit. Mortuo coniuge cū te in Cænobio quod ædificabat includere cogitaret, lachrimis tamen priorum cōmota, ne pau-

peres quorum miseriam subleuabat destituti remanerent, habitu tamē religionis induta quod in monasterio fecisset, dominon voti obligatione, sed virtutis studio faciebat, quidquid autem ei erat preciosæ vestis: quidquid argenti & auri, Dño sanctificavit: ac iusta illud constituta sibi domo ad præficiendum monasterium omnem diligentiam adhibuit, multis ei prædijs attributis, vnde Christi, famulæ alerentur. Cumque in sancta viduitate, ita Domino deseruiret, certior facta inter Regem, filium, & nepotem Castellæ Regem discordiam subortam fuisse: pacis componendæ causa trans taganam adiit regionē. Quo in itinere cum ad oppidum Ethermotium deuenisset leui correpta ægritudine, aparuit sibi Virgo Dei mater, intellexitque resolutionis suę

instaxo

instare diem. Quare sa-
 cramentis deuotissime su-
 sceptis: Regi filio & Re-
 gia nuru presentibus,
 quarto Nonas Iulij sexa-
 gesimo ætatis suæ anno
 migravit in Cælum: cu-
 ius corpus cum septem
 dierum itinere in medijs
 Iulij caloribus delatum
 esset Conimbricâ contra
 cadauerû, naturâ nõ mo-
 do non fætebat verum
 odore suauissimo aroma-
 ta omnia superabat, se-
 pultumque est in lapi-
 deo monumento, quod
 sibi in suo Cænobio vi-
 uens parauerat vbi mul-
 ta pereum Deus indies
 miracula operatur. Tu
 autê, &c. Fallax gratia.

In 3. nocturno Homi-
 lia in Euangelium. Simi-
 le est regnum cælorû
 thesauro abscondito in
 agro, vt in communi
 sanctæ, nec virginis nec
 martyr. Deinde fit com-
 memoratio Octauæ, SS.
 Petri & Pauli.

XIIII IULII

In festo sancti Bonæ
 venturæ Episcopi, & cõ-
 fessoris & Ecclesiæ do-
 ctoris: omnia vt in cõ-
 muni confessorum pon-
 tificum. Ad magnificam
 in vtrisque vesperis.

añ. O doctor optime, &c
 In 1. nocturno. De li-
 bro Eccles.

Lectio. 1. Cap. 19.
 Sapientiam omnium an-
 tiquorû exquirat sapiens.
 De cõm. Doc. In 2. noct.
 Lectio iij. Bona ven-
 tura Balneo Regij, &c.
 Lectio. vj.

Ex libro Moralium S.
 Gregorij Papæ.

Libro 9. Cap. 7.
 Quid post Orionas Hya-
 dum nomine.

In 3. noct. Homilia in
 Euangelium.

Vos estis sal terræ, vt
 in communi Doctrum.

DOMINICA Ter-
 tia Iulij celebratur fe-
 stum Angeli Custodis.

In festo Angeli Custo-
 dis Ad vesperas, Añ.

An.

Angelis suis Deus man-
davit, cum reliquis de
laudibus. *Pfal.*

Dixit Dominus, cum re-
liquis de Dominica, &
& loco vltimi Psalmi
dicitur.

Laudate Dominum omnes
gentes. *Capitul Exo:23,*

Ecce ego mitto Ange-
lum meum, qui pre-
cedat te, & custodiat
inuiam, & introducat ad
locum, quem prepara-
ui: observa eum, & au-
di vocem eius.

Hymnus,

Curdes hominum
psallimus Angelos.
Naturæ fragili, quos pa-
ter addidit,

Cælestis conites, insidi-
antibus,

Ne succumberet hostib⁹.

Nā quod corruerit pro-
ditor Angelus,

Concessis merito pulsus
honoribus,

Ardens invidia pellere
nititur,

Quos Cælo De⁹ aduocat.

Nunc Custos igitur per-

vigil aduoca,

Avertens patria, de ti-
bi credita,

Tam morbos animi, quā
requiescere,

Quidquid non finit in-
colas.

Sit Trinitati laus pia
iugiter,

Cuius perpetuo nomine
machina,

Triplex hæc regitur, cu-
ius in omnia

Regnat gloria sæcula.
Amen.

✠ In conspectu Angelo-
rum psallā tibi Deus meus.

Et Adorabo ad templū
sanctum tuum, & con-
fitebor nomini tuo.

Ad magnificam. Ant.

Omnes sunt ad ministra-
torij spiritus, in ministe-

rium missi, propter eos
qui hæreditatem capi-

unt salutis.

Oratio.

Omnipotens sempiter-
ne Deus, qui ineffa-

bili providentia sanctos
Angelos tuos, ad nostrā

custodiam mittere dig-
naris

maris: largire supplicibus
tuis, & eorum semper
protectione defendi, &
aeterna locietate gaude
re. Per Dominum.

Postea fit commemoratio de Dominica.

*Ad matutinū Iouitatoriū
Regem Angelorum Do
minum. Venite adore
mus. Psalmus.*

*Venite exultemus Domi
no. Iubilemus, &c.*

Hymnus.

*Custodes hominum, vt
in vespertis.*

In i. noct. Ant. Añā.

*Dominus Deus cæli, &
terræ, ipse mittet Ange
lum suum coram te.*

Psalmus. 8.

Domine, dominus no
ster: quā admirabile
est nomen tuum in vni
uersa terra?

*Quoniam elenata est mag
nificētia tua: super cælos.*

*Ex ore infantium & la
dentium perfecisti lau
dem propter inimicos
tuos: vt destruas inimicū
& vltorem.*

Quoniam videbo cælos
tuos opera digitorum tu
orum: lunam, & stellas,
quæ tu fundasti.

Quid est homo, quod
memor es eius: aut filius
hominis, quoniam visi
tas eum?

Minuisti eum paulo mi
nus ab angelis, gloria &
honore coronasti eum: &
constituisti eum super o
pera manuum tuarum.

Omnia subiecisti sub pe
dibus eius: oues, & bo
ues vniuersas, insuper &
pecora campi.

Volucres cæli, & pisces
maris: qui perambulant
femitas maris.

Domine Dominus no
ster: quam admirabile
est nomen tuum in vni
uersa terra.

*Ant. Dominus Deus
cæli & terræ, ipse mittet
Angelum suum corā te.*

*Ant. Deus, meus mi
sit Angelum, & conclu
sit ora leonum, & non
nocuerunt mihi,*

Pla

Psalmus. 10.

IN Domino confido,
quo modo dicitis ani-
mæ meæ: transmigra in
montem sicut passer?

Quoniam ecce peccato-
res intenderunt arcum,
parauerunt sagittas suas
in phœtra: vt sagittent
in obscuro rectos corde.

Quoniam quæ perteci-
sti, destruxerunt: iustus
autem quid fecit?

Dominus in templo sã-
cto suo: dominus in cœ-
lo sedes eius.

Oculi eius in pauperẽ
respiciunt: palpebræ eius
interrogant filios homi-
num.

Dominus interrogat iu-
stum, & impium: qui
autem diligit iniquitatẽ,
dedit animam suam.

Pluet super peccatores
laqueos ignis & sulphur,
& spiritus procellarum,
pars calicis eorum.

Quoniam iustus domi-
nus, & iustitias dilexit:
æquitatem vidit vultus
eius.

Añã. Deus meus mi-
sit Angelum suum, &
conclussit ora leonum &
non nocuerunt mihi.

Añã. Bene ambulatis
& Dominus sit in itine-
re vestro, & Angelus
eius comitetur vobiscũ.

Psalmus. 14.

Domine, quis habita-
bit in tabernaculo
tuo? aut quis requiescet
in monte sancto tuo?

Qui ingreditur sine ma-
cula: & operatur iustit.ã.

Qui loquitur veritatem
in corde suo: qui non
egit dolũ in lingua sua.

Nec fecit proximo suo
malum: & opprobrium
non accepit aduersus
proximos suos.

Ad nihilum deductus
est in conspectu eius ma-
lignus: timentes autem
Dominum glorificat.

Qui iurat proximo suo
& non decipit: qui pe-
cuniam suam non dedit
ad usuram, & munera
super innocentem non
accepit.

Qui

Qui facit hæc: non cō
mouebitur in æternum.

Añ Bene ambulatis
& Dominus sit in itinere
vestro, & Angelus
eius comitetur vobiscū.

¶ Stetit Angelus iuxta
aram templi.

¶ Habens thuribulum
aureum in manu sua.

Delib. Exod. 23. Lect. 1.

Ecce ego mitto Ange
lum meum qui præ
cedat te & custodiat in
via, & introducat in lo
cum quem præparavi:
obserua eum, & audi vo
cem eius, nec contem
pndum putes, quia non
dimittet eum peccaueris
& est nomen meum cum
illo: quod si audieris vo
cem eius, & feceris om
nia quæ loquor, Inimi
cus ero inimicis tuis, &
& affligam affligentes te
præcedatque te Ange
lus meus.

¶ Angelis suis Deus
mandauit de te, vt custo
diant te in omnibus vijs
tuis. **¶** In manibus por

tabunt te sic vnquam
offendas ad lapidem pe
dem tuum.

¶ Millia millium mihi
strabant ei, & decies
millies centena millia as
sistebant ei. In manibus.

**Ex Zacharia Propheta
Cap. 1. Lectio. 1j**



PActum est autē
verbum Domi
ni, ad Zachari
am filium Ba
rachia, filij Addo pro
phetam dicens. Vidi per
noctem, & ecce vir as
cendens super equum ru
fum, & ipse stabat in
ter myrteta, quæ erant
in profundum, & post
eum equi rufi varij, &
albi & dixit. Qui sunt
isti Domine mi? & dixit
ad me Angelus qui lo
quebatur in me. Ego
ostendam tibi, quid sint
hæc, & respondit vir,
qui stabat inter myrteta
& dixit. Isti sunt quos
misit Dominus vt per
ambulent terram, & res
ponderunt Angelo Dñi
qui

qui stabat inter myrtē
ta, & dixerunt. Peram
bulauimus terram & ec
ce omnis terra habita
tur & quiescit.

R. Respondit Angelus
Domini, & dixit. Domi
ne exercituum. **Vsque**
quo tu non misereberis
Hierusalem & urbem
Iudā quibus iratus es.
✠. Iste iam septuagesi
mus annus est. **Vsque**
quo.

Cap. 2. Lectio. iij.

Et leuavi oculos me
os & vidi, & ecce
vir, & in manu eius fu
niculus mensorum, & di
xit. Quo tu vadis? &
dixit ad me. Ut metiar
Hierusalem, & videam
quanta sit latitudo eius,
& quanta longitudo ei⁹.
Et ecce Angelus qui lo
quebatur in me egredie
batur, & Angelus alius
egrediebatur in occurſū
eius, & dixit ad eum.
Curre, loquere ad pue
rum istum dicens, absq;
morabitur Hieru.

falem, præ multitudine
hominum, & iumentorū
in medio eius, & ego
ero ei, ait Dominus, mu
rus ignis in circuitu, &
in gloria ero in medio
eius.

R. In conspectu genti
um nolite timere, vos
autem in cordibus vestris
adorate & timete Domi
num. **✠.** Angelus enim
eius vobiscum est.

✠. Stetit Angelus iuxta
aram tēpli habens Thu
ribulum aureum in ma
nū sua. Angelus enim
Gloria Patri. Angelus.

In. 2. noct. Añs.

Cum essem vobiscum,
per voluntatē Dei eram
ipsum benedicite & cā
tate ei.

Psalmus. 118.

Cæli enarrāt gloriā
Dei. & opera manūū
eius annunciat firmamen
tum.

Dies diei eruat ver
bum: et nox nocti indi
cat scientiam.

Non sunt loquelæ, neq;
sermōes

sermōnes : quorum non
audiantur voces eorum.
In omnem terram exiit
sonus eorum : & in
fines orbis terræ verba
eorum.

In sole posuit tabernacu-
lum suum : & ipse tam-
quam sponsus procedens
de thalamo suo.

Exultauit vt gigas ad-
currendam viam : a sum-
mo cælo egressio eius.

Et occursum eius vsque
ad fūmum eius : nec est,
qui se abscondat a calo-
re eius.

Lex domini immaculata
conuertens animas : te-
stimonium domini fidele
sapientiam præstās paru-
ulis.

Iustitiæ domini rectæ læ-
tificantes corda : præce-
ptum domini lucidum,
illuminans oculos.

Timor domini sanctus
permanens in sæculum
sæculi : iudicia domini
vera, iustificata in seme-
tipsa.

Desiderabilia super aurū

& lapidem pretiosum
multum : & dulciora su-
per mel & fauum.

Et enim seruus tuus cu-
stodit ea : in custodiendis
illis retributio multa.

Delicta quis intelligit
ab occultis meis munda-
me, & ab alienis parce
seruo tuo.

Dei mei non fuerint domi-
nati, tunc immaculatus
ero : & emundabor a de-
licto maximo.

Et erudit, vt complace-
ant eloquia oris mei : &
meditatio cordis mei in
conspectu tuo semper.

Domine adiutor meus,
& redemptor meus.

Añs. Cum essem vo-
biscum per voluntatē
Dei eram ipsum benedi-
cite & cantate ei.

Añs. Tollens se Añ-
gelus Domini, qui præ-
cedebat castra Israel abiit
post eos.

Psalms. 22.
Domini est terra & ple-
nitudo eius : orbis ter-
rarum, & vniuersi qui ha-

D bitant

bitant in eo.

Quia ipse super maria
fundavit eum: & super flu-
mina præparavit eum.

Quis ascendet in montem
Domini: aut quis stabit
in loco sancto eius?

Innocens manibus & mû-
do corde, qui non acce-
pit in vano animam suam
nec iuravit in dolo proxi-
mo suo.

Hic accipiet benedictio-
nem à Domino: & miseri-
cordiam à Deo salutari
suo.

Hæc est generatio quæ
querentium eum: quærentium
faciem Dei Iacob.

At tollite portas principes
vestras, & elevamini por-
tæ æternales: & introi-
bit Rex gloriæ:

Quis est iste Rex gloriæ
Dominus fortis & potens.
Dñs potens in prælio.

At tollite portas princi-
pes vestras, & elevamini
portæ æternales: & introi-
bit Rex gloriæ.

Quis est iste Rex gloriæ:
Dominus virtutum ipse

est Rex gloriæ.

Ant. Tollens se An-
gelus Domini, qui præce-
debat castra Israel, abiit
post eos.

Ant. Immitter Angelus
Domini in circuitu
timentium eum, & eri-
piet eos.

Psalms. 33.
Benedicam Dominum
in omni tempore: sem-
per laus eius in ore meo.
In domino laudabitur
anima mea: audiant mæ-
fueti, & lætentur.

Magnificate dominum
mecum: & exaltemus no-
men eius in idipsum.

Exquisivi dominum, &
exaudivit me: & ex omni-
bus tribulationibus meis
eripuit me.

Accedite ad eum, & illu-
minamini: & facies ve-
stræ non confundentur.

Iste pauper clamavit, &
dominus exaudivit eum:
& de omnibus tribulatio-
nibus eius salvavit eum.

Immittet angelus domi-
ni in circuitu timentium
eum:

eum: & eripiet eos.

Gustate, & videte, quoniam suavis est dominus: beatus vir, qui sperat in eo.

Timete dominum omnes sancti eius: quoniam non est inopia timentibus eum.

Divites eguerunt & esuri erunt: inqueretes autem dominum non minuatur omni bono.

Venite filij, audite me: timore domini docebo vos.

Quis est homo qui vult vitam: diligit dies videre bonos?

Prohibe linguam tuam a malo: & labia tua ne loquantur dolium.

Diverte a malo, & fac bonum: inquire pacem, & persequere eam.

Oculi domini super iustos: & aures eius in preces eorum.

Vultus autem domini super facientes mala: ut perdat de terra memoriam eorum.

Clamaverunt iusti, & dominus exaudiuit eos: & ex omnibus tribulatio

nibus eorum liberavit eos: iuxta est dominus ijs qui tribulato sunt corde: & humiles spiritu saluabit.

Multae tribulationes iustorum: & de omnibus his liberavit eos dominus.

Custodit dominus omnia ossa eorum: vnum ex his non conteretur.

Mors peccatorum pessima: & qui oderunt iustum delinquent.

Redimet dominus animas servorum suorum: & non delinquent omnes, qui sperant in eo.

Ant. Immittet Angelus Domini in circuitu timetium eum & eripiet eos.

Ps. Ascendit fumus aromaticum in conspectu Domini.

Ps. De manu Angeli.

Sermo S. Bernardi Abbat

is in Psal. 90. Sermo. 12.

Lectio. iiii.
ngelis suis mandavit de te, miradignatio, & vere magna dilectio charitatis. Quis enim, quibus? de quo?

D 2 quid

quid mandabit? studiose consideremus fratres, diligenter comédemus memoriae hoc tam grande mandatum. Quis enim mandauit? cuius sunt Angeli? cuius mandatis obtemperant? cuius obediunt voluntati? Nempe Angelis suis mandauit de te vt custodiant te in omnibus vijs tuis, nec cunctantur quin etiam in manibus tollant te. Summa ergo majestas mandauit Angelis, & Angelis suis mandauit. Illis vtique sublimibus, tam beatis, tam proximis sibi coherentibus, tam familiariter adherentibus, & vere domesticis Dei, mandauit de te. Tu quis es? Domine quid est homo, quod memor es eius? aut filius hominis quoniam reputas eum? quasi vero non sit homo putredo, & filius hominis vermis; sed quid putas mandauit de te? vt custodiant te.

R. *Viuit ipse Dominus*

Quonia custodiuit me Angelus eius, & hinc cuncte, & ibi comorantem, & inde huc reuertentem. Et non permisit me dominus Ancillam suam comminuari. Quoniam custodiuit.

lectio. v.

Quantam tibi debet hoc verbum inferre reuerentiam, afferre deuotionem, conferre fiduciam. Reuerentiam pro praesentia, deuotionem pro beneuolentia, fiduciam pro custodia. Cautè ambula, vt vide licet cui adsunt Angeli (sicut eis mandatum est) in omnibus vijs tuis. In quouis diuersorio, in quouis angulo, Angelo tuo reuerentiam habe. Tu ne audeas illo praesente, quod videntem me non auderes? An praesentem esse dubitas quem non vides? quid si audires? quid si tangeres? quid si olfaceres? Vide quia non solum visu reru praesentia comprobatur.

✠ Angelus Domini descendit cum Azaria, & socijs eius in fornacem, & excussit flammam ignis de fornace, & non tetigit eos omnino ignis, nec contristauit.

✠ Benedictus Deus eorum, qui misit Angelum suum, & eruit seruos suos qui crediderunt in eum. Et excussit.

Lectio. vi.

In ipsa itaque fratres, affectuose, diligamus Angelos eius, tanquam futuros aliquando cohæredes nostros, interim vero actores & tutores a Patre positos & propositos nobis. Quid substantis custodibus timeamus? nec superari, nec seduci, minus autem seducere possunt, qui custodiunt nos in omnibus vjjs nostris. Fideles sunt, prudentes sunt, potentes sunt: quid trepidamus? tantum sequamur eos, adhæreamus eis, & in protectione Dei cæli commoremur.

Quoties ergo grauissima cernitur vrgere tentatio & tribulatio vehemens eminere, inuoca Custodem tuum, ductorem tuum, adiutorem tuum, in opportunitatibus, in tribulatione. Inclama eum, & dic. Domine salua nos perimus.

✠ In omni tribulatione eorum non est tribulatus & Angelus faciei eius saluabit eos.

✠ In dilectione sua, & indulgentia sua, ipse redemit eos, & portauit eos, & reuelabit eos cunctis diebus sæculi. Et Angelus. Gloria Patri. Et Angelus.

In 3 noct. Aña.

Misit Dominus Angelum suum, qui percussit omnem virum robustum, & bellatorem, & principem exercitus Regis Assyriorum.

Psalmus. 95.

Cantate domino cantum nouum: cantate domino omnis terra.

Cantate domino, & benedicite

medicite nomini eius: annunciate de die in diem salutarem eius.

Annunciate inter gentes gloriam eius: in omnibus populis mirabilia eius.

Quoniam magnus dominus & laudabilis nimis: terribilis est super omnes deos.

Quoniam omnes dii gentium demonia: dominus autem caelos fecit.

Confessio, & pulchritudo in conspectu eius: sanctorum & magnificentia in sanctificatione eius.

Afferte domino patriam gentium, afferte domino gloriam & honorem: afferte domino gloriam nomini eius.

Tollite hostias, & introi- te in atria eius: adorate dominum in atrio sancto eius.

Commoueat a facie eius vniuersa terra: dicite in gentibus, quia dominus regnauit.

Rex enim correxit orbem terrae, qui non commoue-

bitur: iudicabit populos in aequitate.

Lætentur caeli, & exultet terra, commoueat mare, & plenitudo eius: gaudebunt campi, & omnia quae in eius sunt.

Tunc exultabunt omnia ligna silvarum a facie domini, quia venit: quoniam venit iudicare terram.

Iudicabit orbem terrae in aequitate: & populos in veritate sua.

Añs. Misit Dominus Angelum suum, qui percussit omnem virum robustum, & bellatorem & principem exercitus Regis Assyriorum.

Añs. Adorate Dominum omnes Angeli eius, audiuit, & lætata est Sion.

Psalmus. 96.

Dominus regnauit, exultet terra: lætentur insulae multae.

ubes & caligo in circuitu eius: iustitia, & iudicium correctio sedis eius.

gnis ante ipsum praecedet: & inflammabit in circuitu

circuitu inimicos eius.

Alluxerunt fulgura eius
orbi terræ: vidit, & com-
mota est terra.

Montes sicut cera fluxe-
runt a facie domini: a fa-
cie domini omnis terra.

Annanciauerunt cæli iu-
stitiam eius: & viderunt
omnes populi gloriã eius.

Confundantur omnes,
qui adorant sculptilia: &
qui gloriantur in simula-
cris suis.

Adorate eum omnes an-
geli eius: audiuit, & læta-
ta est Sion.

Et exultauerunt filie Iu-
de: propter iudicia tua
domine.

Quoniam tu dominus al-
tissimus super omnem
terram: nimis exaltatus
est super omnes deos.

Qui diligitis dominum,
odite malum: custodit
dominus animas sancto-
rum suorum, de manu
peccatoris liberabit eos.

Lux orta est iusto: & re-
stis corde lætitia.

Lætamini iusti in domi-

no: & cōfitemini memo-
riæ sanctificationis eius.

Añs. Adorate Domi-
num omnes Angeli eius,
audiuit & lætata est Siõ.

Añs. Benedicite Do-
minú omnes Angeli eius
potentes virtute, facien-
tes verbum illius ad audi-
endam vocem sermonum
eius.

Psalms. 102.

Benedic anima mea do-
mino: & omnia, quæ
intra me sunt, domini
sancto eius.

Benedic anima mea do-
mino: & nolite obliuisci
omnes retributione eius.

Qui propitiatur omni-
bus iniquitatibus tuis:
qui sanat omnes infirmita-
tes tuas.

Qui redimit de interitu
vitam tuam: qui coro-
nat te in misericordia, &
miserationibus.

Qui replet in bonis desi-
derium tuum: renoua-
bitur vt aquilæ iuuentus
tua.

Faciens misericordias dominus: & iudicium omnibus injuriam patientibus.

Notas fecit vias suas Moyſi: filijs Israel voluntates ſuas.

Miſerator & miſericors dominus: longanimis, & multum miſericors.

Non in perpetuum irafcetur: neque in æternum comminabitur.

Non ſecundum peccata noſtra fecit nobis: neque ſecundum iniquitates noſtras retribuit nobis.

Quoniam ſecundum altitudinem cæli a terra: corroboravit miſericordiam ſuam ſuper timentes ſe.

Quantum diſtat ortus ab occidente: longe fecit a nobis iniquitates noſtras.

Quomodo miſeretur pater filiorum, miſertus eſt dominus timentibus ſe: quoniam ipſe cognovit ſigmentum noſtrum:

Recordatus eſt, quoniam pulvis ſumus: homo ſicut fœnum dies eius, tamquam flos agri ſic effloret.

Quoniam ſpiritus pertransibit in illo: & non ſubiſtet, & non cognoſcet amplius locum ſuum.

Miſericordia autem domini ab æterno: & viſque in æternum ſuper timentes eum,

Et iuſtitia illius in filios filiorum his qui ſervant teſtamentum eius.

Et memores ſunt mandatorum ipſius: ad faciendum ea.

Dominus in cælo paravit ſedem ſuam: & regnum ipſius omnibus dominabitur.

Benedicite dominio omnes angeli eius potentes virtute: facientes verbum illius, ad audiendam vocem ſermonum eius.

Benedicite domino omnes virtutes ei: miniſtri

eius qui facitis voluntatem eius.

Benedic domino omnia opera eius; in omni loco dominationes eius; benedic anima mea domino.

Ant. Benedicite Dominum omnes Angeli eius potentes virtute, facientes verbum illius, ad audiendam vocem sermonum eius.

V. In conspectu Angelorum psalam tibi Deus meus.

R. Adorabo templum sanctum tuum, & confitebor nomini tuo,
Lectio sancti euangelij secundum Mattheum.

Lectio. vij. Cap. 18.

In illo tempore. Accesserunt Discipuli ad Iesum, dicentes. Quis putas maior est, in regno Cælorum? & reliqua.

Homilia S. Hieronymi presbyteri. lib. 4. commentar. in Mattheum.

Post inuentum staterem post tributa reddita, quid sibi vult, Apostolo-

rum repentina interrogatio? Quis putas maior est in regno cælorum? Quia viderant pro Petro, & Domino idem tributum redditum, ex æqualitate pretij arbitrati sunt Petrum omnibus Apostolis esse prælatum, qui in redditione tributi Domino fuerat comparatus. Ideo interrogant, quis maior sit in regno Cælorum. Vidensque Iesus cogitationes eorum, & causas erroris intelligens vult desiderium gloria, humilitatis contentione sanare.

R. In conspectu gentium nolite timere: vos enim in cordibus vestris adorare, & timete Dominum. Angelus enim eius vobiscum est.

V. Setit Angelus iuxta aram templi habens thuribulum aureum in manu sua. Angelus.

Lectio. viij.

Si autem manus tua, vel pes tuus scandalizat

zat te ; &c. Necessè est
 quidem venire scandala,
 ve ramentum ei est homini,
 qui quod necessè est vt
 fiat in mundo, vitio suo
 facit, vt perse fiat. Igi-
 tur omnis truncatur af-
 fectus & vniuersa pro-
 pinquitas amputatur, ne
 per occasionem pietatis
 vnusquisque credentiũ
 scandalis pateat. Si in-
 quit, ita est, quis tibi con-
 iunctus, vt manus, pes,
 oculus, & es utilis atque
 sollicitus, & accutus ad
 perspiciendum, scanda-
 lum autem tibi facit, &
 propter dissonantiã mo-
 rum te pertrahit in ge-
 gennam: melius est, vt
 &, propinquitate eius, &
 emolumentis carnalibus:
 careas: quam dum vis
 lucrifacere cognatos, &
 necessarios, causas habe-
 as minarum. Tu autẽ,
 ✠. Michael Archange-
 lus venit in adiutorium
 populi Dei. ✠ stetit in
 auxilium pro animabus
 iustis.

✠. Stetit Angelus iuxta
 aram templi habens thu-
 ribulum aureum, in ma-
 nu sua. Stetit Gloria
 Patri. Stetit.

Nona lectio legitur de
 Homilia Dominicæ oc-
 curentis.

Ad laudes & perhoras.

Añã. Angelis suis De-
 us mandauit de te, vt
 custodiãt te in omnibus
 vijs tuis. Psalmus. Do-
 minus regnauit de corem
 cum reliquis de laudibus
 Dominicæ.

Añã. Laudemus De-
 um, quem laudant Ange-
 li, quem Cherubin, &
 Seraphin, Sanctus san-
 ctus proclamant.

Añã. Angeli eorum,
 semper vident faciem Pa-
 tris, qui in cælis est.

Añã. Benedictus De-
 us, qui misit Angelum
 suum, & eruit seruos su-
 os qui crediderunt in eũ.

Añã. Laudate Deum
 omnes Angeli eius, lau-
 date eum omnes virtutes
 eius.

Capitul.



Ecce ego mitto
Angelum meū,
qui præcedat
te & custodiat
in via, & introducat ad
locum, quem præparavi
obserua eum & audi vo-
cem eius.

Hymnus.

ORbis patrator optime
Qui, quicquid est
potentia,
Magna creasti, nec regis,
Minore providentia.

Adesto supplicantium,
Tibi reorum cætui,
Lucisq; sub crepusculū,
Lucem nouā da mētibus.

Tuusq; nobis Angelus,
Signatus ad custodiam,
Hic adsit a contagio,

Qui criminū nos prægat,
Serpentis nobis æmuli,
Calumnias exterminet,
Ne rete fraudulentia,

In caute nectat pectora,
Metū propellat hostiū,
Hostis procul de finibus,
Pacem procuret civium

Fugetq; pestilentiam,
Deo Patri sit gloria,

Qui quos redemit filius,
Et sanctus vnxit Spiritus,
Per Angelos custodiat.
Amen.

R. In conspectu Angelo-
rum, psallam tibi Deus
meus.

R. Adorabo ad tem-
plum sanctum tuum, &
confitebor nomini tuo.

Ad Benedictus. Ant.

Reuerfus est Angelus
qui loquebatur in me, &
suscitauit me quasi vi-
rum, qui suscitatur a som-
no suo.

Oratio.

Omnipotens sempiter-
ne Deus, qui ineffabi-
li providentia, sanctos
Angelos tuos ad nostrā
custodiam mittere digna-
ris, largire supplicibus
tuis & eorum semper
protectione defendi, &
æterna societate gaude-
re. Per Dominum,

Postea fit commemo-
ratio Dominicæ occur-
rentis.

Ad tertiam Capit.

Eccc

Ecce ego mitto, *ut in*
Vesperis,

Breue. Stetit Ange-
lus • Iuxta aram templi.

H. Habens thuribulum
aureum in manu sua, •
Iuxta.

G. Gloria patri & filio.

B. Stetit Angelus.

A. Ascendit fumus aroma-
tum in conspectu Dñi.

B. De manu Angeli.

Ad Sextā Cap. Exod. 23.

Nec contemendum pu-
tes, quia non demittet cū
peccaueris, & est nomē
meum in illo.

Breue. Ascendit fu-
mus aromatum, • In cōs-
pectu Domini.

B. De manu Angeli.

B. In conspectu.

G. Gloria patri & filio,

B. Ascendit.

A. In conspectu Angelo-
rum psallam tibi Deus
meus.

Adorabo ad templū
sanctum tuum, & confi-
tebor nomini tuo.

Ad Nonam Capital.

Exodi, 23.

Quod si audieris vo-
cem eius, & feceris
omnia quæ loquor, ini-
micus ero inimicis tuis,
& affligam affligentes te,
præcedetque te Angelus
meus.

Breue. In conspectu
Angelorum, psallam
tibi Deus meus.

A. Adorabo ad templum
sanctum tuum, & confi-
tebor nomini tuo. **B.**
Psallam tibi, Gloria pa-
tri, & filio.

B. In conspectu.

Veri. Adorate Deum.

B. Omnes Angeli eius,

In secundis Vesperis.

Ant. Angelis suis. cū
reliquis de laudibus.

Psalmus. Dixit Dominus

Cōfitebor. Beatus vir.

Laudate pueri. **C**onfi-

tebor tibi Domine in toto
corde meo, quoniam au-
disti verba oris mei.

In vespertis sextæ ferie.

Capital.

Ecce ego mitto. **Hymn^o**

Custodes hominum.

Veri. In conspectu.

ut in primis vespertis.

Ad magnificam. *Aha.*

Sancti Angeli custodes
nostri defendite nos in
prælio, vt non pereamus
in tremendo iudicio.

Oratio.

Omnipotens sempiterna
Deus. *vt supra. fol. 30.*

MISSA AN-

Cæli Custodis.

Introitus.



NGE
lis su
is mā
davit
de te,
vt cu
stodi
ant te

in omnibus vijs tuis, in
manibus portabunt te,
ne forte offendas ad lapi
dem pedem tuum.

Psalmus. Qui habitat
in adiutorio altissimi, in
protectione Dei cæli cō
morabitur. *Gloria Patri.*

Oratio.

Omnipotens sempi
terne Deus, qui ines
fabili prouidentia sanctos
Angelos tuos ad nostrā
custodiam mittere digna
ris largire supplicibus, tu
is & eorū protectione de
fendi, & æterna societate
gaudere. Per Dominum.

Vel sequens.

Omnipotens sempi
terne Deus, qui in
effabili prouidentia huic
Regno & Ciuitati singu
larem Angelum ad custo
diam dedicasti: Concede
quæsum⁹: vt ei⁹ precib⁹
& patrocinijs ab ōnibus
tueamur aduersis. Per.

Lectio Isaie Prophete.

I N diebus illis missus est
Isaias filius Amos ad
Ezechiam dicens. Hæc
dicit Dominus de Rege
Assyriorum. Non ingre
diatur urbem hanc nec
mittet in eam Sagitam
nec occupabit eam Chy
peus, nec circumdabit eā
munitio per viam qua ve
nit reuertetur, & ciuitatē
hanc

hanc non ingredietur di
cit Dominus protegam
urbem hanc, & saluabo
eam propter me, & pro
pter David seruum meū,
Factum est igitur in no
cte illa, venit Angelus
Domini, & percussit in
castris Assyriorum centū
octuaginta quinque mil
lia. Cumque diluculo sur
rexisset Senacherib, vi
dit omnia corpora mor
turu, & recedens abiit.

Graduale.

R. Emmittit Angelum
suum Dominus in circui
tu timentium eum, & eri
piet eos.

Vers. Clamauerunt iusti
& Dominus exaudiuit
eos, & de omnibus tribu
lationibus eorum libera
bit eos. Alleluia Alleluia.

Vers. Adorate Dominū
omnes Angeli eius, quo
niam custodiet Dominus
animas seruorum suo
rum, & de manu peccato
ris liberabit eos Alleluia.

**Sequentia sancti euangelij
secundum Mattheum,**

IN illo tempore: Desse
to Herode: Ecce An
gelus Domini apparuit
in somnis Ioseph in Agy
pto dicens. Surge, & acci
pe puerum, & matrem
eius & vade in terram Is
rael, defuncti sunt enim,
qui quærebant animam
pueri. Qui consurgens ac
cepit puerum & matrem
eius, & venit in terrā Is
rael. Audiens autē, quod
Archelaus regnaret in Iu
dæa pro Herode patre
suo, timuit illo ire. Et
admonitus in somnis se
cessit in partes Galileæ,
& veniens habitauit in
ciuitate, quæ vocatur
Nazareth: vt impleretur
quod dictum est per pro
phetam, Quoniam Naza
reus vocabitur.

Offertorium. Afferte
Dominio omnes Angeli
eius: afferte gloriam &
& honorem. Adorate Do
minū in atrio sancto eius.

Secreta.

SVscipe Domine sancte
Pater omnipotens æter
ne

ne Deus hæc munera,
quæ tibi supplicantes of-
ferimus, vt Angelo no-
stro suffragante custode
à cunctis muniamur ad
uersis.

Communio. **P**luit,
Dominus de cælo Man-
na ad manducandum:
panem cæli dedit eis:
panem Angelorum man-
ducauit homo. Alleluia.

Postcommunio.

Proficiant nobis Do-
mine ad salutem cor-
poris, & animæ sacra-
menta, quæ sumpsimus,
vt Angelica opitulante
custodia, à cunctis peri-
culis liberati, cælestium
donorum mereamur esse
participes. Per Dominum
nostrum.

XXVI. IULII.

INFESTO

BEATÆ ANNÆ, MATRIS

VIRGINIS MARIE

D V P L E X.

Ex præcepto S. D. N. Sixti P. Quinti.

**Omnia de communi: nec
virginis nec martyris.**

Ad magnificam. Ant.

VENU sponsa
Christi, acci-
pe coronam,
quæ tibi Domi-
n⁹ preparauit in æternū.

**Specie tua, & pulchri-
tudine tua,**

**Intēde prospere, pro-
cede & regna.**

Oratio.

DEus qui beatæ Annæ
tantam gratiam dona-
re dignatus es: vt Mariæ
matrem tuam in utero
suo portare mereretur,
da nobis per intercessio-
nem matris & filie, tuæ

pro

propitiationis abundan-
tiam: vt quarum memo-
riā pio amplectimur amo-
re: earum precibus ad cæ-
lestem Hierusalem perue-
nire mereamur. Qui vi-
uis & regnas cum Deo
Patre in vnitae Spiritus
sancti Deus:

**Tres primæ Lectiōnes
leguntur de communi,
Mulierem fortem.**

Lectio. iij.

ANtīa Virginis Dei ge-
nitricis mater, Gazi-
ri filia, ex tribu Iuda, in
Bethlehē oppido Iudææ
nata, Ioachim fuit vxor,
qui & ipse ex eadem tri-
bu Galilæus erat ex Na-
zareth, ambo ex stirpe
Regia, sanctorumque Pa-
trum, ipsi sancti atque iu-
sti, vt decebat parētes fu-
turos virginis, quæ Chri-
stum erat progenera.
Tripartitā habebant suo-
rum bonorum rationem
vnam enim partem pau-
peribus, alteram templo
eiusque ministris dicaue-
rant: tertia se suamque

familiam alebant. Sed in
iustitia, pace, gaudio, &
charitate maritali perseue-
rantes, vnus tantū dolor
sterilitatis agebat: nulla
prole post annum matri-
monij vigesimū procrea-
ta, quod turpe, & infā-
miæ loco inter Iudæos
habebatur.

Lectio. v.

Ioachimus igitur, cum
in festo encæniorum
Hierosolymam adorādi
gratia venisset: velletque
supplex ad altare Dei mu-
nus offerre, repulsus est
ab Ifacare sacerdote cū
ignominia, quasi indig-
nus esset ob longam ste-
rilitatem, qui more pa-
trum & fecundorum ho-
minum ad eum locum ac-
cederet. Qua repulsa, me-
stissimus Ioachimus, nec
ferens præ pudore suo-
rum ciuium conspectum
ad caulas secessit, & cū
pastoribus commorans,
assiduis precibus à Deo
contendebat, vt eam à se
ignominiam depelleret.

An-

Angelus autem Domini
Ioachimo se ostendit; &
bono animo ipsum esse
iubens, preces eius audi-
tas esse à Deo renuncia-
uit: filiamque procrean-
dam, quæ Sarrae & Ra-
chelis prolem, mysterij
magnitudine superaret.

Lectio. v.

T Ali ergo spe erectus
lætusque Ioachimus
domum repetens uxori
obuiauit: quæ, cum ei quo
que apparuisset Angelus
eademque nunciasset: ple-
na spe & gaudio, ad ma-
rito congratulandum pro-
perabat. Salutant igitur
inter se cum maxima læ-
titia: & visa, Dei que pro-
missum conferentes, do-
mum reuertuntur. Con-
cepit Anna diuino mune-
re, sextoque Idus Setem-
bris Mariam peperit, cu-
ius ortu felicissimo sterili-
tatis macula deleta, pa-
rentes cōpotes facti sunt
longissimi desiderij. Mi-
grauit autem ad Domi-
num Anna beatissima se

ptimo Kadendas Augulti
cuius corpus conditum
est in Bethalem, in pa-
terna sepultura.

*Tres vitimæ Lectio-
nes de Homil. super Euā-
gel. Simili est regnum
cælorum thesauro, &c.
v. in communi.*

A V G V S T V S

XII. AVGVSTI.

I N F E S T O S A N
Æ Clarae Virginis: om-
nia de communi Virgi-
nis. *Oratio.*

Exaudi nos Deus saluta-
ris noster, *Postea fit cō-
memoratio Q. & Aug. san-
cti Laurentij.*

*In t. nocturno Lectio-
nes scripturæ eo tempo-
re occurrentis.*

*In 2. noct. Lectio. 4.
Clara nobilis Virgo vt
in Breviario Lectio. v.*

S E R M O S. A. M.
brofij Episcopi.

*Libros. de Virginibus
paulo post, initium.*

E

Quo

AUGVSTVS.

Quoniam hodie fatalis est Virginis.

Lectio 6. Hęc nubes area vt in communi virginū.

In 3. noct. Homilia in Euangelium. Simile est regnum cęlorum decem Virginibus. Et reliqua omnia de communi virginum. Postea fit commemoratio S. Laurentij.

SEPTEMBER.

**II. SEPTEMBRIS
IN FESTO SAN**

cti Antonini Martiris omnia de communi vnus Martyris. Oratio.

Prestat quęsumus omni potens Deus, vt

qui beati Antonini Martyris tui natalitia colimus, intercessione eius in tui nominis amore roboreremur. Per Dominum.

In 1. nocturno Lectio- nes scripturę eo tempore occurrentis.

In 2. noctu. Lectio. 4. SERMO S. AV- gustini Episcopi.

Triumphalis beati mar- tyris.

Lectio. 5. Coronataque beati martyris.

Lectio. 6. Contemplabatur enim.

In tertio nocturno. Homilia in Euangelium.

Siquis venit ad me, vt in cōmuni vnus mar-

X. SEPTEMBRIS.

IN F E S T O.

**SANCTI NICOLAI
TOLENTINATIS CONFESS.**

D V P L E X.

Ex præcepto S. D. N. Sixti P. Quinti.

Omnia

Omnia de communi Cōfessorum non Pontificū.

Oratio.

Concede quāsumus omnipotens Deus, vt Ecclesia tua, quæ beati Nicolai Confessoris tui virtutum, & miraculorum gloria coruscat, eius intercessione, & meritis, perpetua pace, atque vnitae lætetur. Per Dominum nostrum Iesum.

Et fit commemoratio Octauæ Natiuitatis Beatæ Virginis in vtrisque vespere, & Laudibus.

In primo Nocturno. Lectiones de libro scripturæ eo tempore occurrentis.

In 2 Nocturno.

LECTIO. iij.

Nicolai Tolentinas, Picenus in oppido Sancti Angeli diocesis Firmans natus est parentibus pijs: qui cum multos annos matrimonio sine liberis essent, diuino motu Barium voto pere-

grinationis suscepto, ad sancti Nicolai, Episcopi Myrensis Ecclesiam, in qua sacrum eius corpus pia veneratione colitur, profecti sunt: vbi ab eode futura prole per visum confirmati, cum postea domum redissent, filium ex Dei benignitate susceperunt, quem propterea Nicolai nomine appellarunt. Is pietate, literisque ab infantia imbutus, multarum virtutum, & abstinentiæ præsertim specimen dedit cum annum vix septimum ægēs, aliquot hebdomadæ dies, instar ipsius beati Nicolai, qui quarta, & sexta feria semel duntaxat cibum sumebat, ieiunare cœperit: cumque indole esset optima, puerorum petulantium consuetudinem fugiens, oēs respuit illius ætatis illecebras, ac voluptates. **Tu autem.**

R. Ille est. **LECTIO. v.**

Adulta ætate Canonice Ecclesiæ sancti

Saluatoris factus, cum concionatorē ordinis Eremitarum sancti Augustini quodam die de rerum humanarum contemptu dicentem audisset; eo sermone tam ardentem incensus est, ut statim relicto sæculo, sit eundem ordinem ingressus. Itaque primum in patria, post Tolentini, ubi deinceps perpetuo mansit, ideoque Tolentinas vocatus est, eam sanctissimæ vitæ rationem coluit, ut cæteris, caritate, continentia, humilitate, summisque alijs virtutibus mirifice præluceret. Antis triginta nunquam carnem, ova, lac, pisces, ac nec poma quidem ad cibum adhibuit: cumque in morbum grauem aliquando incidisset, vix tandem superioris iussu paululum carnis gustauit. Secunda, quarta, & sexta feria, atque, in honorem Beatissimæ Virginis Dei genitricis, etiam Sabbato

semper ieiunauit, solo pane, & aqua contentus. Verberibus præterea, aspero vestitu, & ferrea catena carnem domans, in seruitutem spiritus illam redegit. Tu autem.

Re. Amavit eum.

Lectio. vj

IN oratione magnam temporis partem consumpsit: ob eamque rem Sathanæ insidijs variè vexatus, & flagellis interdum cæsus, ab illa orandi assidua consuetudine dimoueri nunquam potuit. Charitate erat eximia erga omnes. Ægrotos munusculis; diuinisque colloquijs consolabatur; pauperes fouebat, dissidentes conciliabat, detentis in carcere opera auxilioque non deerat. Multos igitur annos sanctè exercitatus vir Dei, demum sex ante obitum mensibus paulo ante nocturnas preces singulis noctibus Angelicum audiuit concentum: cuius suauitate

vita

vita future desiderio flagrans, illud Apostoli dictum frequenter in ore habebat: Cupio dissolui, & esse cum Christo. Obiit denique diem præsentens, cunctis fratribus eum prædixit, qui fuit quarto Idus Septembris. Miraculis multis, ac magnis etiam post mortem claruit, cum præter cætera mortuos ad vitam reuocarit, morbosque in sanabiles curarit, atque alia multa diuinitus egerit, quibus ritè & ordine cognitis, ab Eugenio Quarto Romæ in Sancto rum numerum relatus est. Post autem aliquando, id mirabile fuit, quod schismate sublato, illius præsertim intercessione pacem consecuta est Ecclesia. Eius diem natalè Sixtus vbique duplici officio celebrari instituit. **Tu autem. R.** Iste homo perfecit.

In tertio Nocturno.

Lectio. vij.

Lectio sancti Evangelij secundum Lucam.

In illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis: Nolite timere pusillus grex, & cæreta.

Vt in Comuni Confessorum non Pontificum.

IN FESTO S. NICOLAI TOLENTINATIS CONFESSORIS.

Introitus.



DEDIT DOMINUS confessionem Sæcto suo, & excelso in verbo gloriæ: de omni corde suo laudauit Dominum, & dilexit eum, qui fecit illum.

Psal. Bonum est confiteri Domino, & psallere nomini tuo altissime.

R. Gloria patri, &c.

Oratio.

Concede quaesumus, omnipotens Deus, vt Ecclesia tua, quæ Beati Nicolai Cõfessoris

E 3

tui

SEPTEMBER.

ruū virtutum, & miracu-
lorum gloria coruscat,
eius in celsione & me-
ritis, perpetua pace at-
que vnitae lætetur. Per
Dominum, & cæte.

Deinde fit commemoratio
Octa Natiuitatis.

Epistola. Dilectus Deo,
& hominibus, vt in com-
muni Confessorum non
Pontificum.

Graduale. In lege do-
minus fuit voluntas eius
die ac nocte.

Ps. Prædicans præceptum
Domini constitutus est
in monte sancto eius.

Alleluia. Alleluia.

Ps. Iustus germinabit si-
cut lilium, & florebit in
æternam ante Dominū.

Alleluia.

Euangelium. Nolite time-
re pusillus grex, vt in
Communione Confessorum non
Pontificum.

Offertorium. La ten-
tur omnes, qui sperant
in te Domine, quoniam
tu benedixisti iusto, scu-
to bonæ voluntatis tuæ

coronasti eum.

Secreta.

O Blatum tibi Domi-
ne sacrificium, inter-
cedente Beato Nicolao
confessore tuo, viuificet
nos semper & muniat.
Per Dominum nostrum.

Deinde de Natiuitate.

Communio. In fide
& lenitate ipsius factum
fecit illum, & circum-
cinxit eum zona iustitiæ
& induit eum Dominus
stolam gloriæ.

Postcommunio.

P Opulum tuum Domi-
ne, quæ sumpsimus
sacramenta, eustodiant,
& qui sancti Nicolai con-
fessoris tui iugiter implo-
rant auxilium, petitionū
suarum salutem cōsequā-
tur effectum. Per Domi-
num nostrum.

Deinde de Natiuitate.

XVII. SEP-
tembris.

IN FESTO

Trans-

Translationis sancti Vincentij martyris, omnia de communi vnus martyris.

currentis.

In 2. noct. Lectio. 4.

Oratio.

PRæsta quæsumus omnipotens Deus; vt in tercedente beato Vincētio martyre tuo, & a cunctis aduersitatibus liberemur in corpore: & aprauis cogitationibus mūdemur in mente. Per dñm. In primo noct. Lectiones scripturę eo tempore oc

DE EXPOSITIO-
ne S. Ambrosij episcopi
in Psalmum centesimū
decimū octauum.

Principes persecuti sunt me gratis.

In 3. noct. Homilia in Euangelium.

Siquis vult venire post me, vt in communi vnus martyris.

INFESTO SS. MARTY.
IANVARIJ EPISCOPI,
ET SOCIORVM EIVS.

Ex præcepto S. D. N. Sixti P. Quinti

XIX. Septemb.

Oratio:

DEus, qui nos annua Sanctorum martyrum tuorum Ianuarij, & sociorum eius solennitate

lætificas; concede propitius, vt quorum gaudemus meritis, accendamus exemplis. Per Dominū nostrum Iesum Christum filium.

E 4

Lectio

SEPTEMBER.

Lectio .ij.

I Anuarius Beneuenti
Episcopus, Diocletiano
& Maximiano in Christia-
nos sæuientibus ad Timo-
thæum Campaniæ Præ-
sidem ob Christianæ fi-
dei professionem Nolam
perducitur, Ibi eius con-
stantia variè tentata in
ardentem fornacem con-
iectus ita illæsus euasit,
vt ne vestimentum, aut
capillum quidem flam-
ma violauerit. Hinc præ-
ses accensus iracundia
martyris corpus im-
perat vsque eò distrahi,
quò ad neruorum com-
pages artuumque soluan-
tur. Festus interea Diaco-
nus, & Desiderius, Le-
ctor, qui ad Episcopum
suum visendum accesser-
ant, comprehensi &
ipsi, vinctique vnà cum
episcopo ante rhedâ Præ-
sidis Puteolos pertrahun-
tur: & in eundem tradun-
tur carcerem, in quo So-
sius Missenas, & Procu-
lus Puteolanus Diaconi

Eutyches etiam, & Acu-
tius laici ad bestias dam-
nati detinebatur. Postero
die omnes in amphithea-
tro feris obiecti, quæ na-
turalis oblitæ feritatis ad
Beati Ianuarij pedes illi-
cò prostrauere se se. Id
Timotheus magicis can-
tionibus tribuens, cum
sētentiam capitis in Chri-
sti martyres ferre non du-
bitasset, oculis repēte cap-
tus, orante mox Beato
Ianuario lumen recepit,
quo sanè miraculo homi-
num millia ferè quinque
Christi fidem susceperūt.

Lectio .iij.

Verum ingratus iudex
nihilò placatior fact⁹
beneficio, sed conuersio-
ne tantę multitudinis ac-
tus in rabiem, veritus ma-
ximè principum decreta
lege protinus agere licito
remiubet. Ita Beatus Ia-
nuarius cum socijs ad sul-
furariam Puteolanam gla-
dio percussus, ad Episco-
palis muneris laudē mar-
tyrij coronam adiunxit.

Horum

Horum corpora finitimæ
 vrbes pro suo quæque
 studio certum sibi patro
 num ex ijs apud Deum
 adoptandi sepelienda cu
 rarunt. Ianuarij corpus
 Neapolitani diuino admo
 nitu extulere: quod pri
 mo Beneuentum, inde
 ad Monasterium Montis
 virginis, postremó Nea
 polim Alexan. Pont. vj
 translatum, & in Cathedra
 liali Ecclesia perhonorifi
 cè conditum multis mi
 raculis claruit. Sed illud
 cum primis memorandū,
 quod erumpentes olim è
 monte Vesuuij cinerum,
 & flammarum globos,
 nec vicinis modo, sed
 longinquis etiam regioni
 bus vastitatis metum af
 ferentes extinxit: cuius
 rei pariter, ac Beati mar
 tyris memoriam Græci
 quotannis semel atq; ite
 rum celebrant. Præcla
 rum illud quoque quod
 eius sanguis, qui in am
 pulla vitrea cōcretus, asser
 uatur, cum in conspectu

capitis eiusdem martyris
 ponitur, admirandum in
 modum colliquefieri, &
 ebullire per inde atque
 recens effusus, ad hæc
 vsque tempora cernitur.

XXVII. SEP
 tēbris

INFESTO

Sanctorum martyrum
 Cosmæ, & Damiani, om
 nia vt in Breuiario & fit
 Duplex.

OCTOBER.

xiiij Octobris.

INFESTO.

Sancti Giraldi confesso
 ris non pontificis: omnia
 demum confessorum nō
 pontificum.

Oratio.

DEUS qui nobis beati
 Giraldi cōfessoris tui
 annua solemnitate lætifi
 cas: concede propitius,
 vt cuius natalitia colim⁹:

S. E P T E M B E R.

ei⁹ adiones immitteretur.
Per Dominum nostrum,
In 1. nocturno Lektionen
scripturæ eo tempore oc
currentis.

In 2. noct.

S E R M O S. I O A N.
nis Chrysostomi in oratio
ne de S. Philogonio sub
nitium tom. 3.

Lectio. iij.

Beati Geraldii clies, &c.
cum duabus sequentibus
lectionibus, de eodem
communis.

In 3. noct. Homilia in
Euangelium.

Sint lumbi vestri præcin
cti, vt in comunione tes
torum non pontificum.

X X I. O C T O -
bris.

I N F E S T O

Sanctorum Ursulæ & so
ciorum virginū & mart.
omnia de comuni virgi
num, & martyrum.

Oratio.

D A nobis quæsumus
Domine sanctarum
virginum & martyrum
tuarum Ursulæ & socia
rum eius, palmas incessa
bili deuotione venerari:
vt quas digna mente non
possum⁹ celebrare humili
bus saltem frequentemus
obsequijs. Per Dominum
nostrum Iesum.

Deinde fit commemora
tio sancti Hylarionis Ab
batis.

In 1. noct. Lektionen scri
pturæ eo tempore occur
rentis.

In 2. noct.

S E R M O S. A M
brosij Episcopi.

Lectio. iij.

Quoniam hodie natalis
est Virginis.

cum duabus sequentibus
Lectonibus.

In 3. noct. Homilia in
Euangelium. Simile est
regnum cælorum decem
Virginibus.

Lectio ix. legitur de san
cto Hylarione vt in Bre
nario

uario, nisi venerit in
 Dominica quia tunc no-
 na Lectio legitur de Euā-
 gelio Dominice.

XXX. OCTOBRIS

INFESTO

Victoriæ Christianorum
 ad vesperas.

Ant. Effunde iram tu-
 am Domine ingentes que
 te non nouerunt, & in re-
 gna quæ nomen tuum
 non inuocauerunt,

Psalms. 109.

Dixit dominus domi-
 no meo: sede à dex-
 tris meis.

Donec ponam inimicos
 tuos: scabellum pedum
 tuorum.

Virgam virtutis tuæ
 emittet dominus ex Sio:
 dominare in medio inimi-
 corum tuorum.

Tecum principium in
 die virtutis tuæ in splen-
 doribus sanctorum: ex
 vtero ante luciferum ge-
 nuite.

Iurauit dominus, & non
 penitebit eum: tu es sa-
 cerdos in æternum: secū-
 dum ordinē Melchisedec.
Dominus a dextris tuis:
 confregit in die iræ suæ
 reges.

Iudicabit in nationibus,
 implebit ruitas: conquas-
 sabit capita in terra mul-
 torum.

De torrente in via bibit:
 propterea exaltauit ca-
 put.

Ant. Effunde iram tu-
 am Domine ingentes que
 te non nouerunt, & in re-
 gna quæ nomen tuum
 non inuocauerunt.

Ant. Secundum ma-
 gnitudinem brachij tui,
 libera nos Domine de ini-
 micis nostris.

Psalms. 110.

Confitebor tibi domi-
 ne in toto corde meo:
 in consilio iustorum, &
 congregatione.

Magna opera domini:
 exquisita in omnes volun-
 tates eius.

Cōfessio, & magnificētia
 opus

OCTOBER

opus eius: & iustitia eius
manet in sæculum sæculi.

Memoriam fecit mirabi-
lium suorum misericors,
& miserator dominus: es-
cam dedit timentibus se.

Memor erit in sæculum
testamenti sui: virtutem
operum suorum annūcia-
bit populo suo.

Vt det illis hereditatem
gentium: opera manuum
eius veritas, & iudicium.

Fidelia omnia mandata
eius: confirmata in sæcu-
lum sæculi: facta in veri-
tate, & æquitate.

Redemptionem misit do-
minus populo suo: man-
davit in æternum testa-
mentum suum.

Sanctum & terribile no-
men eius: initium sapien-
tiæ timor domini.

Intellectus bonus omni-
bus facientibus eum: lau-
datio eius manet in sæ-
culum sæculi.

Añs. Secundum mag-
nitudinem brachij tui, li-
bera nos Domine de ini-
micis nostris.

Añs. Nisi Dominus
esset adiutor noster, forte
vivos deglutissent nos
inimici nostri.

Psalms. 122.

Nisi quia dñs erat in
nobis dicat nunc Is-
rael: nisi quia dominus
erat in nobis.

Cum exurgerent homi-
nes in nos forte vivos de-
glutissent nos.

Cum irasceretur furor
eorum in nos: forsitan
aqua absorbuisset nos.

Torrentem pertansuit
anima nostra: forsitan per-
transisset anima nostra a-
quam intolerabilem.

Benedictus dominus: qui
non dedit nos in captio-
nem dentibus eorum.

Anima nostra sicut passer
erepta est: de laqueo ve-
nantium.

Laqueus contritus est:
& nos liberati sumus.

Adiutorium nostrum in
nomine domini: qui fecit
cælum, & terram.

Añs. Nisi Dominus es-
set adiutor noster: forte
vivos

viuos deglutiffent nos in
mici noſtri.

Añã. Benedictus Do-
minus qui non dedit nos
in captionem dentibus
eorum.

Pſalmus. 124.

Qui confident in do-
mino, ſicut mons Si-
on: non commouebitur
in æternum, qui habitat
in Hieruſalem.

Montes in circuitu eius,
& dominus in circuitu po-
puli ſui: ex hoc nunc &
uſque in ſæculum.

Quia non relinquet do-
minus virgam peccato-
rum ſuper fortem iuſto-
rum: vt non extendant
iuſti ad iniquitatem ma-
nus ſuas.

Bene fac domine: bonis
& rectis corde,

Declinantes autem in
obligationes, adducet do-
minus cum operantibus
iniquitatem: pax ſuper
Iſrael.

Añã. Benedictus Dñs
qui non dedit nos in cap-
tionem dentibus eorum,

Añã. Ne tradas beſtijs
animas confitentes tibi,
& animas pauperũ tuorũ
ne obliſcaris in finem.

Pſalmus. 116.

Laudate dominum om-
nes gentes: laudate
eum omnes populi.

Quoniam confirmata
eſt ſuper nos miſericor-
dia eius: & veritas domi-
ni manet in æternum.

Añã. Ne tradas be-
ſtijs animas confitentes ti-
bi, & animas pauperum
tuorum ne obliuiſcais in
finem,

Capit. Zacharię. 8.

Hęc dicit Do-
minus exerci-
tuum. Sicut
cogitauĩ, vt
aſligerem vos, cum ad
iracundiam me prouocaſ-
ſent patres veſtri, & non
ſum miſertus: ſic conuer-
ſus cogitauĩ in diebus iſtis
vt bene faciam domui lu-
dã, & Hyeruſalem: noli
te timere.

St. Deo gratias.

Hym.

OCTOBER.

Hymnus.

Christe sanctorum de-
cus Angelorum,
Reitor humani generis,
& autor,
Nobis æternum tribue
benignus,
Scandere cælum.

Angelum pacis, Micha-
el ad istam,
Cælitus mitti rogitamus
aulam:

Nobis vt crebro, venien-
te crescant.

Angelus fortis Gabriel,
vt hostem.

Pellat antiquum, volitet
ab alto.

Sæpius templum veniens
ad istud.

Angelum nobis medicū
salutis,

Mittat de cælis Raphael,
vt iuuuet.

Sanet ægrotos, pariterq;
nostros.

Dirigat actus.

Hinc Dei nostri, geni-
trix Maria,
Totus & nobis chorus an-

gelorum.
Semper assistat, simul &
beata,

Concio totâ.

Præstet hoc nobis, Dei
tas beata,

Patris ac nati, pariterq;
sancti,

Spiritus, cuius roboat in
omni,

Gloria mundo. Amen.

R. Inimici nostri infirma-
ti sunt, & ceciderunt.

R. Nos autem surrexi-
mus, & erecti sumus.

Ad magnificam. Ant.

Quia non infirmitudine
sua, sed in Domino Deo

suo, spem salutis posue-
runt, vnus fugauit mille,

& duo fugarunt decem
millia.

Oratio.

Omnipotens sempiter-
ne Deus, in cuius ma-
nu sunt omnium potesta-
tes, & omnia iura regno-
rum, respice, in auxiliū

christianorum, vt gentes
paganorum, quæ in sua

feritate confidunt dextere
tuæ

tuae potentia conterantur. Per Dominum.

Si hoc testum in Domini ca venerit fit, commemoratio de ea, cum nona Lectione.

Ad matutinū inuitatoriū.
Christum Dominum in suis militibus triumphantē * Venite adoremus.

Christe sanctorum. **ut in vesperis.**

In noct. Ant.

Qui tribulant nos inimici nostri, ipsi infirmati sunt & ceciderunt.

Psalmus. 26.

Dominus illuminatio mea, & salus mea: quē timebo?

Dominus protector vitæ meę: a quo tripidabo?

Dum appropiant super me nocentes: ut edant carnes meas.

Qui tribulant me inimici mei: ipsi infirmati sunt, & ceciderunt.

Si consistant aduersum me castra: non timebit cor meum.

Si exturgat aduersum me prælium: in hoc ego sperabo.

Vnam petij à Domino, hanc requiram: ut inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitę meę.

Vt videam voluntatem Domini: & visitem templum eius.

Quoniam abscondit me in tabernaculo suo: in die malorum protexit me in abscondito tabernaculi sui.

In petra exaltauit me: & nunc exaltauit caput meum super inimicos meos.

Circumii, & immolauit in tabernaculo eius hostiam vociferationis: cantabo, & psalmum dicam Domino.

Exaudi Domine vocem meam, qua clamavi ad te: miserere mei, & exaudi me.

Tibi dixit cor meum, exquirit te facies mea: faciem tuam Domine requiram.

Ne auertas faciem tuam à me:

A me : & ne declines in ira a seruo tuo.

Ad iutor meus esto, ne derelinquas me : neque despicias me Deus salutaris meus.

Quoniam pater meus, & mater mea dereliquerunt me : Dominus autem assumpsit me.

Legem pone mihi Domine in via tua : & dirige me in semitam rectam propter inimicos meos.

Ne tradideris me in manus tribulantium me : quoniam insurrexerunt in me testes iniqui, & mentita est iniquitas sibi.

Credo videre bona Domini : in terra uiuentiam, **E**xpecta Dominum, uiriliter age, & confortetur cor tuum : & sustine Dominum.

Añā. Qui tribulant nos inimici nostri ipsi in firmati sunt & ceciderunt.

Añā. Si exurgat aduersus nos praelium in Dño Deo nostro sperabimus.

Quare fremuerunt gentes : & populi meditati sunt inania?

Astiterunt reges terræ, & principes conueherunt in unum aduersus dominum, & aduersus Christum eius.

Dirumpamus uincula eorum : & proieciamus a nobis iugum ipsorum.

Qui habitat in cælis, irribebit eos : & dominus subfannabit eos.

Tunc loquetur ad eos in ira sua : & in furore suo conturbabit eos.

Ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctum eius : predicans præceptum eius.

Dominus dixit ad me : filius meus es tu, ego hodie genui te.

Rostula a me, & dabo tibi gentes hereditatem tuam : & possessionem tuam terminos terræ.

Reges eos in uirga ferrea : & tanquam uas figuli confringes eos.

Et nunc reges intelligite:
erudiimini qui iudicatis
terram.

Seruite dño in timore:
& exultate ei cū tremore.

Apprehendite disciplinā:
ne quādo irascatur domi-
nus, & pereatis de via
iusta.

Cum exarserit in breui
ira eius: beati omnes, qui
confidunt in eo.

Añā. Si exurgat aduer-
sus nos, prælium in Domi-
no Deo nostro sperabi-
mus.

Añā. Dexterā tuā Do-
mine percussit inimicum
& in multitudine gloriæ
tuæ deposuisti aduersari-
os tuos.

Psalmus. 3.

Domine, quid multipli-
cati sunt qui tribulāt
me? multi insurgunt ad-
uersum me.

Multi dicunt animæ meę
non est salus ipsi in Deo
eius.

Tu autem domine susce-
ptor meus es: gloria mea
& exaltans caput meum.

Voce mea ad dominum
clamaui: & exaudiui me
de monte sancto suo.

Ego dormiui, & sopora-
tus sum, & exurrexi: quia
dominus suscepit me.

Non timebo millia popu-
li circumdantis me: exur-
ge domine, saluum me
fac Deus meus.

Quoniam tu percussisti
omnes aduersantes mihi
sine causa, dentes pecca-
torum contriuisisti.

Domini est salus: & su-
per populum tuum bete-
dictio tua.

Añā. Dexterā tuā Do-
mine percussit inimicum
& in multitudine gloriæ
tuæ deposuisti aduersa-
rios tuos.

R. In petra exaltauit nos.

R. Et nunc exaltauit ca-
put nostrum super inimi-
cos nostros.

De libro Exodj.

Lectio, 1. Cap. 17.

D'Ixit Moyses ad Io-
sue. Ellige viros &
egressus pugna corat

F Amalech;

Amalech: cras ego esto in vertice colis habes virgá Dei in manu mea. Fecit Iosue vt locutus erat Moyses, & pugnavit contra Amalech: Moyses autem, & Aron, & Hur ascenderunt super verticem colis. Cumque leuaret Moyses manus vincebat Israel: Sin autem paululum remississet, superabat Amalech. Manus autem Moyfi erant graues: sumentes igitur lapidem, posuerunt subter eum in quo sedit. Aró autem & Hur sustentabant manus eius, ex utraque parte. Et factum est vt manus illius, non lassarentur vsque ad occasum solis. Fugauitque Iosue, Amalech, & populum eius in ore gladij.

Tu autem Domine,
R. Tua est potentia tuum regnum Domine Iesu Christe. Tu es enim super omnes gentes.

V. Exaltabo te Domine, quoniam succipisti me,

hec dilatasti inimicos meos super me.

Tu es enim.

De libro Iosue,

Lectio. ij. cap. 10.

Irruit Iosue super quosque Reges repente tota nocte, ascendens de Galgalis: & conturbauit eos Dominus a facie Israel: contriuitque plaga magna in Gabaon, ac percussus est eos, per viam accelsus Bethoron & percussit vsque ad Azecha, & Maceda. Cumque fugerent filios Israel, & esset in descensu Bethoron, Dominus misit super eos lapides magnos de celo vsque ad Azecha, & moruuntur multo plures lapidibus grandinis, quam quos gladio percusserant filij Israel. Tunc locutus est Iosue Domino in die qua tradidit Amorreum in conspectu filiorum Israel, dixitque coram eis: Sol contra Gabaon ne mouearis, & Luna contra vallem Hayalon.

Stete.

Steteruntque Sol, & Luna. Tu autem.

R. Ne derelinquas me Domine, pater & dominator vitæ meæ: vt non corruam in conspectu aduersariorum meorum. Ne gaudeat de me inimicus meus.

V. Apprehende arma, & scutum, & exurge in adiutorium mihi. Ne gaudeat.

De lib. Iudicū Ex cap. 7.

Lectio. iij.

Cum Gedeon, & trecenti viri eius per gyrum castrorum in tribus personarent locis, & hydrias confregissent: tenuerunt sinistriis manibus lapides, & dextris sonantes tubas: clamaueruntque: gladius Domini, & Gedeonis: stantes singuli in loco suo per circuitum castrorum hostilium Omnia itaque castra turbata sunt & voci ferantes, vlulantesque fugerunt. Et nihilominus insistebant trecenti viri bucci-

nis personantes. Immisitque Dominus gladium in omnibus castris, & mutua se cæde truncabant.

R. Congregati sunt inimici nostri contra nos, contere illos Domine Iesu Christe. Vt cognoscant, quia non est alius, qui pugnet pro nobis, nisi tu Deus noster.

V. Prosterne illos in virtute tua Domine Deus noster. Vt cognoscant.

Gloria Patri. Vt.

In 2. noct. Añs.

Eruit à morte Dominus animas timentium eum, & alit eos infame.

Psalmus. 32.

Exultate iusti in domino: rectos decet collaudatio.

Confitemini domino in cithara: in psalterio decem chordarum psallite illi.

Cantate ei canticum novum: bene psallite ei in vociferatione.

OCTOBER.

Quia rectum est verbum
domini: & omnia opera
eius in fide.

Diligit misericordiam:
& iudicium: misericordia
domini plena est terra.

Verbo domini caeli firma
ti sunt: & spiritu oris eius
omnis virtus eorum.

Congregans sicut in vtre
aquis maris: ponens in
thesauris abyssos.

Timeat dominum omnis
terra: ab eo autem com-
moucantur omnes in ha-
bitantes orbem.

Quoniam ipse dixit, &
facta sunt: ipse manda-
uit, & creata sunt.

Dominus dissipat confi-
lia gentium, reprobatau-
tem cogitationes populo-
rum: & reprobata consilia
principum.

Consilium autem domi-
ni in æternum manet: co-
gitationes cordis eius in
generatione, & generatio-
nem.

Facta gens, cuius est do-
minus Deus eius: popu-
lus quem elegit in heredi-

tem sibi.

De caelo respexit Domi-
nus: vidit omnes filios
hominum.

De præparato habitacu-
lo suo: respexit super om-
nes, qui habitant terram.

Qui finxit singillatim
corda eorum: qui intelli-
git omnia opera eorum.

Nō saluatur rex per mul-
tam virtutem: & gigas
nō saluabitur in multitu-
dine virtutis suæ.

Fallax, equus ad salutē:
in abūdantia autem virtu-
tis suæ non saluabitur.

Ecce oculi domini super
metuētes eum, & in eis
qui sperant super miser-
cordia eius.

Vt eruat a morte ani-
mas eorum: & alat eos in
fame.

Anima nostra sustinet
dominum quoniam ad-
iutor, & protector noster
est.

Quia in eo lætabitur cor
nostrum: & in nomine
sancto eius sperauimus.

Fiat misericordia tua
dñe

domine super nos : quem
admodū sperauimus in te.

Añs. Eruit à morte
Dominus animas timentium eū, & alit eos in fame,

Añs. Anima nostra
sustinet Dominum quoniam adiutor, & protector noster est.

Psalmus. 33.

Benedicam dominum
in omni tempore: semper
laus eius in ore meo.
In domino laudabitur
anima mea: audiāt man-
fueti, & lætentur.

Magnificate dominum
mecum: & exaltemus no-
men eius in idipsum.

Exquisiui dominum, &
exaudiuit me: & ex om-
nibus tribulationibus me-
is eripuit me.

Accedite ad eum, & illu-
minamini: & facies vestre
non confundentur.

Iste pauper clamauit, &
dominus exaudiuit eum:
& de omnibus tribulatio-
nibus eius saluauit eum.

Immittet angelus domi-
ni in circuitu timentium

eum: & eripiet eos.

Gustate, & videte, quo-
niam suauis est dominus:
beatus vir, qui sperat in
eo.

Timete dominum omnes
sancti eius: quoniam nō
est inopia timentibus eū.

Diuites eguerunt & esu-
rierūt: inquirentes autem
dominum non minuen-
tur omni bono.

Venite filij, audite me:
timorē dñi docebo vos.

Quis est homo qui vult
vitam: diligit dies videre
bonos?

Prohibe linguam tuam
a malo: & labia tua ne lo-
quantur dolum.

Diuerte a malo, & fac
bonum: inquire pacem,
& persequere eam.

Oculi domini super iu-
stos: & aures eius in pre-
ces eorum.

Vultus autem domini su-
per facientes mala: vt per-
dat de terra memoriam
eorum.

Clamauerunt iusti, & do-
minus exaudiuit eos: &

ex omnibus tribulationibus eorum liberavit eos.

Iuxta est dominus ijs qui tribulato sunt corde: & humiles spiritu saluabit.

Multæ tribulationes iustorum: & de omnibus his liberavit eos Dñs.

Custodit Dominus omnia ossa eorum: vnum ex his non conteretur.

Mors peccatorum pessima: & qui oderunt iustū, delinquent.

Redimet Dominus animas seruatorum suorum: & non delinquent omnes, qui sperant in eo.

Añs. Anima nostra sustinet Dominum quoniã adiutor, & protector noster est.

Añs. In Domino lætabitur cor nostrum & in nomine sancto eius sperabimus.

Psalmus. 10.

In domino cõfido, quo modo dicitis animæ meæ: transmigra in montem sicut passer?

Quoniam ecce peccato-

res intenderunt arcum, parauerunt sagittas suas in pharetra: vt sagittent in obscuro rectos corde.

Quoniam, quæ perfecisti, destruxerunt: iustus autem quid fecit?

Dominus in templo sancto suo: dominus in caelo sedes eius.

Oculi eius in pauperem respiciunt: palpebræ eius interrogat filios hominū.

Dominus interrogat iustum, & impium: qui autem diligit iniquitatem, odit animam suam.

Plaet super peccatores laqueos ignis & sulphur, & spiritus procellarum, pars calcis eorum.

Quoniam iustus dominus, & iustitias dilexit: æquitatem vidit vultus eius.

Añs. In Domino lætabitur cor nostrum & in nomine sancto eius sperabimus.

✠ Fiat misericordia tua super nos.

✠ Quem admodum pera-

Sperauimus in te.

Lectio. iiii.



Ano Dñi Mille
simo trecentef-
simo quadrage-
simo, regnante

Alphonso huius nominis
quarto, in Lusitania, &
Alphonso vndecimo ei⁹
genero in Castella. Alboa-
cenus Mauritaniæ rex
subactis suo imperio mul-
tis Africæ Regibus, icto
que fædere cum Granatæ
Rege Sarraceno, qui tū
temporis late in ea parte
Hispaniæ imperabat, que
Bethica dicebatur: ad His-
paniam inuadendam ani-
mum adiecit. Classem igitur
ingentem in Hispani-
am misit, quæ ita Castel-
læ Regis classem afflixit
vt ex ingenti nauium, &
triremium numero, amif-
so duce, vix decima pars
manu hostium effugerit.
Qua victoria Sarraceni
elati, spei pleni in Hispa-
niam transmittunt, Nec
Castellæ Regis animus ad

tam tetram cladem om-
nino concidit, sed repara-
ta classe, iunctaque cum
classe Regis Lusitani soce-
ri sui, angustias Hercule-
as occupat, vt illinc sup-
plementum, & comeatū,
quæ ex Affrica in hostiū
castra portabantur, im-
pediret. Cū igitur vtraq;
classis in id potissimū intē-
ta in ea statione perma-
neret: subita exorta tem-
pestate tā fæde dejecta
est, vt omnibus fere na-
vibus sæuitia maris amif-
sis siqui nado ex tāto nau-
fragio euaserant, in ma-
nus hostium incidentes
crudeliter sint trucidati
Tu autem.

Rs. Festina Domine, &
veni in adiutorium popu-
lo tuo. Vt dicant, bea-
ta gens cuius Dominus
Deus eius, populus quē
elegit in hæreditatē sibi.
✠. Libera nos Domine de
manibus inimicorum no-
strorum. Vt dicant,

Lectio. v.

F 4

Dupli

Divplici igitur
 clade fractus
 Rex Castellæ
 tum demum
 imperio maris cessit Sar
 racenis. Et iam de regno
 tuendo valde sollicitus :
 vxorem in Lusitaniã mi
 sit, mox ipse vxorem se
 quitus socerũ adit. Cum
 que exposuisset in quanto
 periculo res Hispaniæ si
 ta esset : auxilio ad infrin
 gendos sæuissimi hostis
 conatus postulato, con
 uenit inter Reges, vt to
 tis vtriusque Regni viri
 bus, communi hosti ob
 niam iretur, Rex igitur
 Castellæ in regnum reuer
 titur, ad colligendas in
 vnum totius regni vires
 vt cum exercitu quadra
 ginta millium, socerum
 Hispali expectaret. Nec
 interim Rex Lusitaniæ in
 ocio esse, sed coactis quĩ
 decim millibus peditum,
 & sex millibus equitum
 vna cum filia Hispalim
 proficiscitur. Hinc igi
 tur Reges profecti in hos

tium conspectu venērūt,
 castraque sunt ad Tari
 fam oppidum, collata.
 Triduo post in pugnam
 vtrinque descensum. His
 panos certissima auxiliij
 spes, hostes duplex in
 mari victoria parta ad
 pugnam incitabat,

Tu autem.

R. Adiuua nos Domine
 Iesu Christe, propter glo
 riam nominis tui. Ne
 dicant gentes vbi est De
 us eorum.

R. Salua nos Domine, de
 manu odientium nos, &
 eripe nos de inimicis nos
 tris. Ne dicant.

LECTIO. vj.

Concurrunt itaq; Re
 ges, ira, & odio sti
 mulante, Rex Lusitaniæ
 Regi Granatæ opponi
 tur. Rex Castellæ Mauri
 tano. Tãtoque ardore
 res a Lusitanis gesta est,
 vt primo impetu, hostem
 turbatum loco summo
 uerint, atque summotum
 tota planicie egerint, cede
 & strage ònia cõplètes.

Rex

Rex vero Castellæ multitudine hostium prægrauate, pedem referre cæperat, cum ei nūtiatum est Regis Granatæ copias dissipatas ipsumque Regem porro fugatum à Lusitanis, qui victores, mox in auxilium vēturi essēt. Quo nuntio Castellæ Rex cōfirmatus prælium fortiter ciet. Castellani igitur ira, & æmulatione accēsi; primo pugnant, æquāt; deinde fortius cōnixi, hostem infugam vertūt. Alboacemus cum rem semel inclinatam sistere nō posset amplius perniciosissimo equo vsus, fugā arripuit. Post Regis fugam cæsi sunt passim Sarraceni, maiorque cædes edita est in castris, quam in acie; vbi sine discrimine per omnem sexum, & ætatem, ferrum euagatum est. Occisa est cum alijs multis, vxor Alboacemi filia Regis Tunisi, Et cum facies cædis cæpisset victo-

res infiniti Sarraceni in captiuitatem sūt abducti quia cum quadraginta sexaginta hominum millia, in acie steterint, vix viginti millia cum Alboacemo, & Granatæ Rege in tutum abierūt: cum ex Christianis hominibus paucissimi desiderati sint. Quod nō sine ope diuina factum esse manifestū est, cum etiam captiuorum cōfessione cognitum sit; visas a se in acie, Christianorum equitum species humana agustiores atque ab ijs magnam suorum stragem editam esse. In memoriam igitur tati beneficij, nobis a Deo collati, pie statuit Ecclesia Conimbricēsis cum cōsēsu summi Pōtificis, vt tertio Calēd. Nouembris quo die pugnatum est, festum huiusmodi celebraretur, quod Victoria Christianorum nuncupatur. **Tu** tutem.

R. Redde Domine Deus noster, redde vltionem

hostibus tuis. Et his
quite oderunt retribuere.

Vinam abscindatur,
qui nos conturbat. Et his.

Gloria Patri. Et his.

In 3. noct. Ana.

Libera nos Deus de hos-
tibus nostris, Deus nos-
ter, quia ad te confugi-
mus, doce nos facere vo-
luntatem tuam.

Psalms. 142.

Domine exaudi oratio-
nem meam auribus
percipe obsecrationem
meam: in veritate tua ex-
audi me in tua iustitia.

Et non intres in iudicium
cum seruo tuo: quia non
iustificabitur in conspectu
tuo omnis vivens.

Quia persecutus est ini-
micus animam meam: hu-
miliauit in terra vitam
meam.

Collocauit me in obscu-
ris sicut mortuos seculi:
& anxians est super me
spiritus meus, in me turba-
tum est cor meum.

Memor fui dierum anti-

querum, meditatus sum
in omnibus operibus tuis:
& in factis manuum tua-
rum meditabar.

Expandi manus meas
ad te: anima mea sicut ter-
ra sine aqua tibi.

Velociter exaudi me Do-
mine: defecit spiritus me-
us.

Non auertas faciem tu-
am a me: & similis ero
descendentibus in lacum.

Auditam fac mihi mane
misericordiam tuam: quia
in te speravi.

Notam fac mihi viam,
in qua ambulem: quia
ad te leuavi animam me-
am.

Eripe me de inimicis me-
is domine, ad te confugia:
doce me facere volunta-
tem tuam, quia Deus me-
us es tu.

Spiritus tuus bonus de-
ducet me in terram rectam:
propter nomen tuum do-
mine viuificabis me in
aequitate tua.

Educes de tribulatione
animam meam: & in
miser-

miseri cordia tua disper
des omnes inimicos meos.

Et perdes omnes qui tri
bulant animam meam :
quoniam ego seruus tuus
sum.

Añã. Libera nos De
us de hostibus nostris ,
Deus noster , quia ad te
confugimus , doce nos fa
cere voluntatem tuam.

Añã. Eripe me de ini
micis meis Deus meus , &
ab insurgentibus in me ,
libera me.

Psalms. 58.

ERipe me de inimicis
meis deus meus : & ab
insurgentibus in me libera
me.

ERipe me de operantibus
iniquitatem : & de viris
sanguinum salua me.

Quia ecce ceperunt ani
mam meam : irruerunt in
me fortes.

Neque iniquitas mea , ne
que peccatum meum Do
mine : sine iniquitate cu
curri , & direxi.

Exurge in occursum me
um , & vide : & tu Domi

ne Deus virtutum Deus
Israel.

Intende ad visitandas om
nes gentes : non misereã
ris omnibus qui operan
tur iniquitatem.

Conuertentur ad vespere
ram , & famem patientur
vt canes : & circumibunt
ciuitatem.

Ecce loquetur in ore suo
& gladius in labijs eorũ
quoniam quis audiuit ?

Et tu Domine deridebis
eos , ad nihilum deduces
omnes gentes.

Vortitudinem meam ad
te custodiam , quia Deus
susceptor meus es : Deus
meus misericordia eius
præueniet me.

Deus ostendit mihi super
inimicos meos , ne occidas
eos : nequando obliuiscan
tur populi mei.

Disperge illos in virtute
tua : & depone eos prote
ctor meus domine.

Delictum oris eorum ser
monem labiorum ipsorum
& comprehendantur in
superbia sua.

Et

OCTOBER:

Et de execratione, & mendacio annunciabuntur in consummatione: in ira consummationis, & non erunt.

Et scient, quia Deus dominabitur Iacob: & finit terræ.

Convertentur ad vesperam, & famem patientur ut canes: & circumibunt civitatem.

Ipsi dispergentur ad mādūcandum: si vero nō fuerint saturati, & murmurabunt.

Ego autem cantabo fortitudinem tuam: & exaltabo inane misericordiam tuam.

Quia factus esceptor meus: & refugium meum in die tribulationis meæ.

Adiutor meus tibi psallā quia deusceptor meus es: Deus meus misericordia mea.

Añā. Eripe me de inimicis meis Deus meus, & ab insurgentibus in me libera me.

Añā. Confundatur Domine Mahometani delirij sectatores, vel te solum Deum adorent.

Psalmus. 82.

Deus quis similis erit tibi? ne taceas, neque compescaris Deus.

Quoniam ecce inimici tui sonuerunt: & qui oderunt te extulerunt caput.

Super populum tuū malignauerūt consilium: & cogitauerunt aduersus sanctos tuos.

Dixerunt, venite, & disperdamus eos de gente, & non memoretur nōmē Israel vltra.

Quoniam cogitauerūt vnanimiter: simul aduersum te testamentū disposuerunt tabernacula Idumæorum, & Ismahelite.

Moab, & Agareni, Gebal, & Ammon, & Amalec: alienigenæ cum habitantibus Tyrum.

Et enim Assur venit cum illis: facti sunt in adiutorium filijs Lot.

Pac illis sicut Mediam,
& Sisare: sicut Iabin in
torrente Cisson.

Disperierunt in Endor:
facti sunt vt stercoſ terre.

Pone principes eorum,
sicut Oreb, & Zeb: & Ze
bee, & Salmana.

Omnes principes eorum,
qui dixerunt: hereditate
posſideamus ſanctuarium
dei.

Deus meus pone illos vt
rotam: & sicut ſtipulam
ante faciem venti.

Sicut ignis qui comburit
ſilvā: & sicut flamma
comburens montes.

Ita perſequeris illos in
tempeltate tua: & in ira
tua turbabis eos.

Imples facies eorum igno
minia: & quærent nomē
tuum domine.

Erubescant & conturbē
tur in ſæculum ſæculi: &
confundantur, & pereāt.

Et cognoscant quia no
men tibi dominus: tu ſo
lus altiffimus in omni
terra.

Ant. Confundantur

Domine Mahometani de
lirij ſectatores vel te ſo
lum Deum adorēt.

ŷ. Domine formidabunt
aduerſarij eius.

ŷ. & Supra ipſos in cæ
lis tonabit.

**Lectio ſancti euangelij
ſecundum Ioannem.**

Lectio. vij.

In illo tempore: Dixit
Ieſus diſcipulis ſuis. Sic
Deus dilexit mundum,
vt filium ſuum vnigenitū,
daret, vt omnis qui cre
dit in illum, non pereat,
ſed habeat vitam æter
nam. Et reliqua.

**HOMILIA SAN
cti Auguſtini Epifcopi.**

Quātum in medico eſt,
ſanare venit ægrotū.
Ipſe ſe interimit, qui præ
cepta medici obſeruare
non vult. Venit Saluator
in mūdū Quare Saluator
dictus eſt mūdi, niſi vt ſal
uet, mūdū, non vt iudicet
mūdū? Saluari nō vis ab
ipſo? ex te ipſo iudicabe
ris. Et quid dicam, iudica
beris?

beris? vide quid ait. Qui credit in eum non iudicatur: qui autem non credit, quid dixeram sperabas, nisi iudicatur? Quod addit, iam (inquit) iudicatus est: nondum apparuit iudicium, sed iam factum est iudicium. Tu autem.

R. Laudate gentes Dominum Deum nostrum, quia sanguinem servorum suorum vltiscetur. Et vindictam, tribuet in hostes eorum.

R. Propitius erit, peccatis populi sui, cum pœnituerit. Et vindictam tribuet in hostes eorum.

Lectio. viij.

Nouit enim Dominus qui sunt eius: nouit qui permaneant ad coronam, qui permaneant ad flammam: nouit in area sua triticum, nouit & paleam: nouit & segetem: nouit & zizaniam? Iam iudicatus est, qui non credit: quare iudicatus est? quia non

credidit in nomine vnigeniti Filij Dei. Hoc est autem iudicium, quia lux venit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras, quam lucem. Erant enim mala opera eorum. Fratres mei, quorum opera bona inuenit Dominus? Nullorum: omnia enim opera mala inuenit. Quomodo ergo quidam fecerunt veritatem, & venerunt ad lucem? Et hoc enim sequitur. Qui autem facit veritatem, venit ad lucem. Tu autem.

R. Multiplica super populum tuum Domine misericordiam tuam. * Ut Mahometani delirij sectatores, tandem sui erroris admoniti, te solum verum Deum adorēt.

R. Defende culteras tuos Domine, ab ingruentibus hostium multitudine. Ut Mahometani.

Gloria Patri. Vt Mahometani.

Lectio.

Lectio. ix.

Sed dilexerunt, inquit, tenebras magis quam lucem: ibi posuit vinum. Multi enim dilexerunt peccata sua, & multi confessi sunt peccata sua: quia qui confiteretur peccata sua, & accusat peccata sua, iam cum Deo facit. Accusat Deus peccata tua: & si tu accuses, coniungeris Deo. Quasi duae res sunt homo, & peccator. Quod audis, homo: Deus fecit: quod audis peccator: ipse homo fecit. Dele, quod fecisti, ut Deus saluet quod fecit: oportet, ut oderis in te opus tuum, & ames in te opus Dei. Cum autem ceperit tibi displice, quod fecisti, inde incipiunt bona opera tua, quia accusas mala opera tua. Initium operum bonorum, confessio est operum malorum, **Iu tatem.**

Ad laudes, & per Horas.

Añã. Effunde iram tuam Domine, in gentes quae te non nouerunt, & in

regna quae nomen tuum non inuocauerunt.

Psal. Dominus regnauit decorem. **Cum reliquis de Dominica.**

Añã. Secundum magnitudinem brachij tui, libera nos Domine de inimicis nostris.

Añã. Nisi Dominus esset adiutor noster, forte viuos deglutissent nos inimici nostri.

Añã. Benedictus Dominus, qui non dedit nos in captionem dentibus, eorum.

Añã. Ne tradas bestiis animas confitentes tibi & animas pauperum ne obliuiscaris in finem.

Capit.

Ec dicit Dominus exercituum. Sicut cogitavi, ut affligerem vos cum ad iracundiam me prouocassetis patres vestri, & non sum misertus: sic conuersus cogitavi in diebus istis

OCTOBER.

ut benefaciam domui Iuda, & Hierusalem, Nolite timere.

Hymnus.

Christe redemptor omnium,

Conserua tuos famulos,
Beatae semper Virginis,
Placatus sanctis precibus.

Beata quoque agmina,
Caestium spirituum,
Praeterita, praesentia,
Futura mala pellite.

Vates aeterni iudicis,
Apostolique Domini,
Suppliciter exposcimus,
Saluari vestris precibus.

Martyres Dei inclyti,
Confessoresque lucidi,
Vestris orationibus,
Nos ferte in caestibus.

Chori sanctarum virginum,
Monachorumque omnium,
Simul cum sanctis omnibus,
Consortes Christi facite,

Gentem auferre perfidam,
Credientium de finibus,
Ut Christo laudes debitas,
Per solvamur a sacriter.

Gloria Patri ingenito,
Filiusque unigenito,
Una cum sancto spiritu,

In saepiterna saecula, Amen.
Ps. Adiutorium nostrum
in nomine Domini.

Ps. Qui fecit caelum & terram.

Ad Benedictus. Antiph.

Timebunt gentes nomen
tuum Domine, & omnes
Reges terrae gloriam tuam,
quia in quacumque die
inuocant te serui tui, ve
lociter exaudis eos, & non
auertis faciem tuam ab eis.

Oratio.

Omnipotens sempiterne
Deus, in cuius manu
sunt omnium potestates,
& omnia iura regnorum,
respice in auxilium
Christianorum, ut gentes
paganorum, quae in
sua feritate confidunt,
dexterae tuae potentia con
terantur. Per Dominum,
*Si hoc festum venirit in
Dominica fit commemoratio
de ea cum nona lectione
Euangelij Dominice*
Ad Tertiam Capitul.

Haec dicit Dominus exerci
tuum, Sicut cogitavi

vt

affligerem vos, cum ad iracundiam me prouocasset patres vestri, & non sum misertus sic conuersus cogitavi in diebus istis vt benefaciam domui Iudæ, & Hierusalem. Noli te timere.

Re. In petra ⁊ Exaltauit nos.

Ps. Et nunc exaltauit caput nostrum super inimicos nostros. Exaltauit.

Gloria patri. In petra.

Ps. Fiat misericordia tua Domine super nos.

Re. Quemadmodum sperauimus in te.

Ad Sextam Capitulum

Si rimueritis dominum, & serueritis ei, & audieritis vocem eius, & non exasperaueritis os Domini, eritis, & vos & rex qui imperat vobis sequentes Dominum Deum vestrum, tuti ab inimicis vestris.

Re. Fiat misericordia tua Domine ⁊ Super nos

Ps. Quemadmodum sperauimus in te: Super

Gloria Patri. Fiat.

Vers. Dominum formidabunt, aduersarij eius. *Re.* Et super ipsos in cælis tonabit.

Ad Nonam. Capitulum.

Et non derelinquet Dominus populum suum propter nomen suum magnum quia iurauit Dominus facere nos sibi populum.

Re. Dominum formidabunt ⁊ Aduersarij eius.

Ps. Et super ipsos in cælis tonabit. Aduersarij

Gloria Patri. Dominum.

Ps. Adiutorium nostrum in nomine Domini.

Re. Qui fecit cælum ⁊ terram.

In secundis Vesperis omnia vt in primis præter Añã ad Magnificat quæ dicitur vt infra.

Ad Magnificat. Añã.

Adiuua Domine Reges nostros pro fide tua pugnantes, vt reliqui, relicto malorum dæmonum cultu tibi soli Deo viuo, & vero seruiant. Cum viderint, Quia non est aliua

G qui

qui pugnet pro nobis, nisi
tu Deus noster.

INFESTO VICTORIÆ

Christianorum,

Introitus.

Gratulemur omnes in Domino Iesu Christo triumphum prosperum recolentes, ac eius festum cum iubilo celebrantes: ad laudem Domini Iesu Christi, & gloriam sanctæ Crucis.

Cantate Domino Iesu canticum novum, quia mirandum contra mauros triumphum peregit.
Gloria Patri.

Oratio.

Omnipotens sempiternus Deus, qui filij tui Domini nostri Iesu Christi adventu, per ipsius sanguinem preciosum populum Christianum a fauce liberasti Draconis: ita tuorum fidelium Christiano

rum fidem exaltare digneris: ut gente Sarracenorum barbarica tua virtute prostrata, fideles tui quiete semper salutari, ad laudem tui nominis perseverantur. Per Dominum.

Legitio Actuum Apostolorum

In diebus illis: Aperiens Petrus os suum. Dixit Viri fratres, & patres: nobis præcepit Dominus prædicare populo, & testificari, quia ipse est, qui constitutus est a Deo Iudex vivorum, & mortuorum. Huic omnes prophetæ testimonium perhibet: Remissionem peccatorum accipere, per nomen eius omnes qui credunt in eum. Adhuc loquente Petro verba hæc cecidit Spiritus Sanctus super omnes qui audiebant verbum. Et obstupuerunt excircumcisione fideles qui venerant cum Petro: quia, & in nationes gratia Spiritus Sancti effusa est. Audiebant enim illos loquentes lingua

&

PRÆSENTATIONIS B. MA-
RIÆ VIRGINIS

D V P L E X.

Ex præcepto S. D. N. Sixsti P. Quinti.

Omnia dicuntur de Nati-
uitate eiusdem, mēse Sep-
tembri, mutato nomine
Natiuitatis, in nomen Præ-
sentationis, exceptis Ora-
tione, & Lectionibus quæ
sequuntur.

Oratio.

DEus qui beatā
Mariam sem-
per virginem
tabernaculum
sancti Spiritus, post trien-
nium in templo præsentari
uoluisti, præsta quæ su-
mus ut qui præsentatio-
nis eius festa recolimus in
terris ipsius intermissione ad
templum, qui Christus
est in cælesti gloria præse-
tari mereamur. Qui tecū
uiuit & regnat in unitate
eiusdem Spiritus sancti
Deus. Per omnia,

In primo Nocturno.

De libro Ecclesiastici.

Lectio prima.

Eccles. 24.

EGO ex ore altissimi
prodiui: primogenita
ante omnem creaturam.
Ego feci in cælis, ut orire-
tur lumen indeficiens: &
sicut nebula texi omnem
terram. Ego in altissimis
habitauit: & thronus me-
us in columna nubis. Gy-
rum cæli circuiui sola: &
profundum abyssi pene-
traui, & in fluctibus ma-
ris ambulauit: & in omni
terra steti. Et in omni po-
pulo, & in omni gente
primatum habui, & om-
nium excellentium & hu-
milium corda, virtute
calcaui. **T**u autem. Dñm

Hodie præsentata est.

Lectio ii.

EGO quasi terebinthus
extēdi ramos meos: &
rami mei, honoris &
gratiæ

gratia. Ego quasi vitis
fructificavi suauitate odo-
ris: & flores mei fructus
honoris & honestatis.
Ego mater pulchræ dile-
ctionis, & timoris, & agni-
tionis, & sanctæ spei. In
me gratia omnis viæ, & ve-
ritatis: in me omnis spes
vitæ & virtutis. Tu autē.

Pr. Beatiſſ.
Lectio. iij.

TRansite ad me omnes
qui concupiscitis me:
& à generationibus meis
implemini. Spiritus enim
meus super mel dulcis: &
heriditas mea super mel
& fauam. Memoria mea
in generatione sæculorū.
Qui edunt me, adhuc esur-
riant: & qui bibunt me,
adhuc sitient. Qui audit
me, non confundetur:
& qui operantur in me,
non peccabunt. Qui elu-
cidant me, vitam æternā
habebunt. Tu autem.

Pr. Glorioso.

In secundo Nocturno.

Lectio. iij.

BEata virgo Maria,
quæ peperit mundi re-
demptorem, vt erat etiā
antequam in lucem edere-
tur plena gratia, ac pecca-
ti omnis immunis: sic in
omni ætate præbebat ma-
gna documenta insitæ vir-
tutis & gratiæ, Præsentata
igitur, quasi mulier iā
ætatis prouectæ, in tem-
plo supplex Dominū ado-
rabat, ac in Dei laudibus
constantissimè perseuera-
bat. Cōuenientibus vīde-
licet initiis vitam institu-
ens, qualis eam decebat,
quæ filium Dei superueni-
ente Spiritu sancto vir-
go esset paritura, Tu
autem Domine.

Pr. Præsentatio.

Sermo S. Ambrosij Episc.

copi.

Lib. q. de Virginibus.

Lectio. v.

Talis fuit Maria: vt
teius vnica vita, omni-
um disciplina sit. Si igitur
auctor non displicet
opus probemus: vt quæ-
cunq;

& magnificantes Deum.
Tunc respondens Petrus.
Nun quid aquam quis
prohibere potest, vt nō
baptizentur hi, qui Spiri-
tum sanctum acceperūt,
sicut & nos? Et iussit eos
baptizari in Nomine Do-
mini Iesu Christi.

Graduale.

Omnes gentes quascun-
que fecisti Dominus veni-
ent, & adorabunt Domi-
num Iesum Christum.

¶ Quia pro Hispanis re-
gibus Christiculis, in bel-
lo campestri mirabiliter
triumphauit,

Alleluia Alleluia

Vers. Crucistropheo di-
micauit pro suis fidelibus,
vt Constantinus impera-
tor, Cruce ipsius exerci-
tum præcedente, in ripa
Danubij decertauit, bar-
baris interfectis, alios
idem suæ dictioni subie-
cit prius nocte visu, Cru-
cem intuens ac audiens
voce diuina. Hoc signo
vinces. Alleluia.

**Sequentia sancti Euāgelij
secundum Ioannem.**

In illo tempore: Dixit
Iesus Nicodemo. Sic de-
us dilexit mundum, vt fi-
lium suum vnigenitum
daret: vt omnis qui cre-
dit in ipsum non pereat,
sed habeat vitam æternā
Non enim misit Deus, fi-
lium suum in mundum,
vt iudicet mundum: sed
vt saluetur mundus per
ipsum. Qui credit in eum,
non iudicatur. Qui autē
non credit iam iudicatus
est: quia non credit in no-
mine vnigeniti filij Dei.
Hoc est autem iudicium:
quia Lux venit in mūdū:
& dilexerūt homines ma-
gis tenebras, quam lucē.
Erant enim eorum mala
opera. Omnis enim qui
male agit, odit lucem: &
non venit ad lucem, vt
nō arguantur opera eius.
Qui autem facit verita-
tem: venit ad lucem, vt
manifestentur opera eius.
quia in Deo sunt facta.

Credo.

G 2

Offertorium

OCTOBER.

Offertorium.

IN mirabili grandi triumpho, Christicolarum sanguinem vindicavit Dominus Iesus Christus, qui effusus in mari paulo ante fuerat, ab infidelibus fraudulenter.

Secreta.

Sacrificium Domine, quod imolamus intende: vt per Sanctæ Crucis vexillum, filij tui Domini nostri Iesu Christi Agarenorum potentia cōteratur, & cunctorum paganorum, & omnium inimicorum insidiæ depellantur. Per Dominum nostrum Iesum.

Communio.

Per lignum serui facti sumus, prothoplausti transgressu, & per sanctâ Crucem Domini Iesu liberati sumus, fructus arboris vetiti nos seduxit, filius Dei misericorditer nos redemit, & triumpho mirabili, per Hispanos Reges Christicolas, maurorum multitudinem dissipauit.

Postcommunio.

Huius Domine, quæsumus, virtute misterij & a propriis mundemur peccatis, ac maurorum, & inimicorum aliorum liberemur insidijs: ditione quoque Domini Iesu Christi fidei sint subiecti. Per Dominum.

NOVEMBER.

XXI. NOVEMBRIS.

IN

cunq̄ue sibi eius exoptat
præmium, imitetur exem-
plum. Quantæ in vna
virgine species virtutum
emicant? Secretum vere-
cundiæ, vexillum fidei,
deuotionis obsequium, vir-
go intra domum, comes
ad ministerium, mater ad
templum. O quantis illa
virginibus occurret: quã-
tas complexa ad Domi-
num trahet, dicens: Hæc
thorum filij mei, hæc tha-
lamus nuptiales, immacu-
lato seruauit pudore. Tu
autem Domine miserere
nostri.

Re. Cum iucund.
Lectio. vj.

Sic Maria intendebat
omnibus, quasi à pluri-
bus moneretur: sic imple-
bat omnia virtutis officia
vt non tam disceret quã
doceret. Talem hanc Euã-
gelista monstrauit, talem
Angelus reperit: talem
Spiritus sanctus elegit.
Quid enim in singulis
morer, vt eam parentes
dilexerint, extranei prædi-

cauerint, quæ digna fuit
ex qua Dei filius nascere-
tur? Hæc ad ipsos ingres-
sus Angeli, inuenta domi,
in penetralibus sine comi-
te, ne quis intentionem
abrumperet, ne quis ob-
streperet. Neque enim co-
mites sceminas desidera-
bat, quæ bonas comites
cogitationes habebat: quã
etiam tum sibi minus sola
videbatur, cum sola esset.
Nam quemadmodum so-
la, cui tot liberi adessent,
tot Archangeli, tot Pro-
phetæ? Tu autem Domi-
ne, miserere nostri.

Re. Præsentatio tua.
In tertio Nocturno, vt

habetur infesto Concep-

tionis B. Mariæ Virginis.

In secundis Vesperis

Præsentationis, sit tantum

commemoratio sanctæ

Cæcilie Virginis & Mar-

tyris.

DECEMBER.

INFESTO

Sancti Nicolai Episcopi,
&

DECEMBER.

& Confessoris : omnia vt
in Breuiario , quod officium
fit duplex.

XVI: DECEMBRIS.

Hodie ad laudes & per
horas dicuntur. Añæ pro
priæ feriæ in qua occurre
rit festum expectationis
Beatæ Mariæ Virginis,
omissa quarta Añæ, quæ
ad Canticum dicitur: cu
ius loco dicitur ea, quæ
ad Canticum ponitur in
Psalterio, & idem de An
tiphonis inde S. Thomæ
occurrentibus reponendis
in Sabbato quando festum
expectationis huiusmodi
in Sabbato venerit, vt su
pra Antiphonæ in die S.
Thomæ occurrentes, re
ponantur decima sexta
die Decembris, dempta
ea quæ dicitur ad Canti
cum vt supra

XVIII DECEMBRIS. IN FESTO

Expectationis pat^r B. Ma
riæ Virg. nis. duplex.

Ad Vesperas. Añæ.

Missus est Gabriel Ange-

lus ad Mariam Virgine[m]
desponsatam Ioseph.

Psalmus. 109

Dixit Dominus Domi
no meo: sede a dextris
meis.

Donec ponam inimicos
tuos : scabellum pedum
tuorum.

Virgam virtutis tuæ emit
tet Dominus ex Sion : do
minare in medio inimico
rum tuorum.

Tecum principium in die
virtutis tuæ in splendori
bus sanctorum : ex vtero
ante luciferum genui te.

Iuravit Dominus, & non
pænitebit eum: tu es sacer
dos in æternum: secundum
ordinem Melchisedec.

Dominus a dextris tuis:
confregit in die iræ suæ
reges.

Iudicabit in nationibus,
implebit ruinas: conquas
fabit capita in terra mul
torum.

De torrente in via bibit:
propterea exaltauit caput.

Añæ. Missus Gabriel
Angel^o ad Mariam Virgine[m]
des.

desponsatam Ioseph.

Añā. Ave Maria gratia plena, Dominus tecū benedicta tu in mulieribus Alleluia,

Psalmus. 112.

Laudate pueri Dominum: laudate nomen Domini.

Sit nomen Domini benedictum ex hoc nunc, & vsque in sæculum.

A solis ortu vsque ad occasum: laudabile nomen Domini.

Excelsus super, omnes gentes Dominus: & super cælos gloria eius.

Quis sicut Dominus Deus noster, qui in habitat: & humilia respicit in cælo, & in terra.

Suscitās a terra in opem: & de stercore erigēs pauperem.

Vt collocet eum cū principibus: cum principibus populi sui.

Qui habitare facit sterilem in domo: matrem filiorum lætantem.

Añā. Ave Maria gra-

tia plena Dominus tecū, benedicta tu in mulieribus, Alleluia.

Añā. Ne timeas Maria, inuinitī gratiā apud Dominum, Ecce concipiēs, & paries filium. Alleluia.

Psalmus. 121.

Lætatus sum in his, quæ dicta sunt mihi: in domum Domini ibimus.

Statues erant pedes nostri: i atrijs tuis Hierosolē.

Hierusalem, quæ aedificatur vt ciuitas, cuius participatio eius in idipsum.

Illuc enim ascenderunt tribus tribus domini, testimonium Israel: ad confitendum nomini Dñi.

Quia illic sederunt sedes in iudicio: sedes super Domum Dauid.

Rogate quæ ad pacem sunt Hierusalem: & abundantia diligentibus te.

Fiat pax in virtute tua: & abundantia in turribus tuis.

Propter fratres meos, &

proximos meos: loque-
bar pacem de te.

Propter domum Domini Dei nostri: quæ sui bona tibi.

Añã. Ne timeas Maria, inuicisti gratiã apud Dominum, Ecce concipies, & paris filium Alleluia.

Añã. Dabit ei Dominus, sedem David patris eius, & regnabit in æternum.

Psalmus. 126.

Nisi Dominus ædificauerit domum: in vanum laborauerunt qui ædificant eam.

Nisi Dominus custodierit ciuitatem. frustra vigilat qui custodit eam.

Vanum est vobis ante lucem surgere: surgite postquam sederitis qui manducatis panem dolcis.

Cum dederit dilectis suis somnum: ecce hereditas domini, filij merces fructus ventris.

Sicut sagittæ in manu potentis: ita filij excussorũ.

Beatus vir, qui impleuit desiderium suum ex ipsis: non confundetur cum loquetur inimicis suis in porta.

Añã. Dabit ei Dominus sedem David patris eius, & regnabit in æternum.

Añã. Ecce Ancilla Domini fiat mihi secundum verbum tuum.

Psalmus. 147.

Lauda Hierusalem Dominum: lauda Deum tuum Sion.

Quoniam confortauit feras portarum tuarum: benedixit filiis tuis in te.

Qui posuit fines pacem: & adipe frumeti satiat te.

Qui emittit eloquium suum terræ: velociter currit sermo eius.

Qui dat nivem sicut lanam nebulam sicut cinerem spargit.

Mittit crystallum suum sicut buccellas: ante faciem frigoris eius quis sustinebit?

Emittet verbum suum,

maris : qui perambulant
femitas maris.

Domine Dominus no-
ster: quam admirabile est
nomen tuum in vniuersa
terra.

An̄a. Ecce Dominus
noster cum virtute veni-
et, & illuminabit oculos
seruorum suorum.

Alleluia.

An̄a. Rorate celi de-
super, & nubes pluant
iutum: aperiatur terra,
& germinet Saluatorem.

Psalmus. 18.

Cæli enarrant gloriã
dei: & opera manuũ
eius annunciat firmamen-
tum.

Dies diei eructat verbũ:
& nox nocti indicat sci-
entiam.

Non sunt loquelæ, ne-
que sermones: quorum
non audiatur voces eorũ.

In omnem terram exi-
uit sonus eorum: & in
fines orbis terræ verba
eorum.

In sole posuit tabernacu-
lum suum: & ipse tãquam

sponsus procedens de tha-
lamo suo.

Exultauit vt gigas ad cur-
rendam viam: a summo
cælo egressio eius.

Et occursum eius vsque
ad summum eius: nec est,
qui se abscondat a calore
eius.

Lex domini immaculata
conuertens animas: testi-
monium domini fidele,
sapientiam præstans pa-
ruulis.

Iustitiæ domini rectæ læ-
tificantes corda: præce-
ptum domini lucidum,
illuminans oculos.

Timor domini sanctus
permanens in sæculum
sæculi: iudicia domini ve-
ra, iustificata in semetipsa.

Desiderabilia super aurum
& lapidẽ pretiosum mul-
tum: & dulciora super
mel & fauum.

Etenim seruus tuus custo-
dit ea: in custodiendis il-
lis retributio mala.

Delicta quis intelligit? ab
occultis meis munda me &
ab alienis parce seruo tuo

Si

DECEMBER.

Qui mei non fuerint domi-
nati, tunc immolatus ero:
& emundabor a delicto
maximo.

Et erunt, vt complacēt
eloquia oris mei: & me-
ditatio cordis mei in con-
spectu tuo semper.

Domine adiutor meus,
& redemptor meus.

Añā. Rorate cæli de
super & nubes pluant iu-
stum: aperiatur terra, &
germinet Salvatorem.

Añā. Ecce nomen Do-
mini venit de longinquo:
& claritas eius, replet or-
bem terrarum.

Psalmus. 23.

Domini est terra & ple-
nitudine eius: orbis ter-
rarum, & vniuersi qui ha-
bitant in eo.

Quia ipse super maria
fundauit eū: & super flu-
mina præparauit eum.

Quis ascendet in montem
Domini: aut quis stabit in
loco sancto eius?

Innocens manibus, &
mundo corde, qui non ac-
cepit in vano animam su-

am nec iurauit in delo-
proximo suo.

Hic accipiet benedictio-
nem à Domino: & miseri-
cordiam à Deo salutari
suo.

Hæc est generatio quæ
rentium eum: querentiū
faciem Dei Iacob.

Attolite portas principes
uestras, & eleuamini por-
tæ æternales: & introi-
bit Rex gloriæ.

Quis est iste Rex gloriæ
Dominus fortis, & potens
Dominus potens in præ-
lio.

Attolite portas principes
uestras, & eleuamini por-
tæ æternales: & introi-
bit Rex gloriæ.

Quis est iste Rex gloriæ
Dominus virtutum ipse
est Rex gloriæ.

Añā. Ecce nomen Do-
mini venit de longinquo:
& claritas eius, replet or-
bem terrarum.

Ex Sion species deco-
ris eius.

Be. Deus noster mani-
feste veniet.

& liquefaciet ea: flabit spiritus eius, & flēt aque.

Qui annunciat verbum suum Iacob: iustitias, & iudicia sua Israel.

Non fecit taliter omninationi: & iudicia sua non manifestavit eis.

Antiph. Ecce Ancila Domini, fiat mihi secundū verbum tuum.

Capitul. Iſaie. II.

Gredietur Virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet,

& requiescet super eum spiritus Domini.

Re. Deo gratias.

Hymnus.

Conditor alme siderū,
Eterna lux credētū,

Christe redēptor omnīū,
Exaudi preces suppliciū.

Qui condolens interitu,
Mortis perire sæculum,

Saluasti mundū languidū,
Donans reis remedium.

Vergēte mūdi Vespere,
Vti sponsus de thalamo,

Egressus honestissima,
Virginis Matris clausula.

Cuius forti potentia,
Genu curuantur omnia,

Cælestia, terrestria,
Nutu fatentur subdita,

Te deprecamur agie,
Venture iudex sæculi,

Conserua nos intēpore,
Hostis atelo perfidi.

La, honor, virtus, gloria,
Deo Patri, & Filio,

Sancto simul Paraclito,
In sæculorū sæcula, Amē.

Et sic dicitur. Laus, honor, virtus, gloria, &c.

in hinc omnia Hymnorū.

Ave Maria gratia plena.

R. Dominus tecum.

Ad Magnificam Antiph.

Spiritus sanctus in te descendet Maria ne timeas,

habebis in vtero filium.

Alleluia.

Oratio.

Deus, qui de Beatae Mariæ Virginis utero verbum tuum Angelo nuntiante, carnem suscipere voluisti: præsta supplicibus tuis: ut qui vere eam genitricem Dei credimus,

eius

eius apud te intercessionibus adiuuemur. Per eundem Dominum nostrum.

Ad Maturinū Inuitatoriū.

Aue Maria gratia plena
Dominus tecum.

Psalm. Venite.

Hymnus

Verbum supernū pro-
dens.

A Patre olim exiens,

Qui natus orbi subuenis;

Cursu decliui temporis.

Illumina nunc pectora.

Tuoq; amore concrema;

Audito vt præconio,

Sint pulsa tandē lubrica,

Iudexq; cum post aderis

Rimarifacta pectoris,

Reddens vicē pro abditis,

Iustisq; regnū pro bonis.

Nō demū arctemur malis

Pro qualitate criminis,

Sed cū beatis compotes,

Simus perennes cælibes.

Laus honor virtus, gloria

Dei Patri, & Filio

Sancto simul Paraclito,

In seculorū sæcula. Amē.

In noct. Añā

Prope Dominus noster

cum virtute veniet, &

illuminabit oculos seruo-
rum suorum. Alleluia.

Psalmus 8.

Domine, dominus no-
ster: quam admirabile
est nomē tuum in vniuer-
sa terra?

Quoniam eleuata est ma-
gnificētia tua: sup cælos
Ex ore infantium & lac-
tentium perfecisti laudē

propter inimicos tuos: vt
destruas inimicum & vl-
torem.

Quoniam videbo cælos
tuos opera digitorum tuo-
rum: lunam, & stellas
quæ tu fundasti.

Quid est homo, quod
memor es eius, aut filius
hominis, quoniam visi-
tas eum?

Minuisti eum paulo mi-
nus ab angelis, gloria &
honore coronasti eum, &
cōstiuuisti eū super opera
manuum tuarum.

Omnia subiecisti sub pe-
dibus eius: oues, & boues
vniuersas, in super & pec-
cora campi.

Volucres cæli, & pisces
maris

De Esaia Propheta.
Cap. 7. Lectio. 1.

ei⁹ vine, & detesei⁹ lacte
candidiores. Et ipse erit,

Lectio. II. Cap. II.

ET adiecit Domi-
nus loqui ad Ac-
has, dicens, pete
tibi signum, à
Domino Deo tuo in pro-
fundum inferni, siue in ex-
cellis supra. Et dixit Ac-
has. Non petam, & non
tétabo Dominum. Et di-
xit. Audite ergo Domus
David, nunquid parum
vobis est molestos esse
hominibus, quia molesti
estis & Deo meo? Pro-
pter hoc dabit Dominus
ipse vobis signum. Ecce,
Virgo concipiet, & pari-
et filium, & vocabitur no-
men eius Emanuel. Buty-
rum, & mel comedet, vt
sciat reprobare malum,
& eligere bonum.

Tu autem.

Non auferetur scetrú
de Iuda, & Dux de femo-
re eius, donec veniat qui
mittendus est. Et ipse
erit expectatio gentium.

Pulchriores sunt oculi

EGredietur virga de
radice Iesse, & flos de
radice eius ascendet, Et
requiescet super eum spi-
ritus Domini, spiritus sa-
pientiæ, & intellectus, spi-
ritus consilij, & fortitudi-
nis, spiritus scientiæ &
pietatis. Et replebit eum
spiritus timoris Domini.
non secundum visionem
oculorum iudicabit, nec
secundum auditum auri-
um arguet, sed iudicabit
in iustitia pauperes, & ar-
guet in æquitate pro man-
fuetis terræ, & percutiet
terram virga oris sui,
& spiritus labiorum suo-
rum interficiet impium.
Et erit iustitia cingulum
lumborum eius, & fides
cintorium renum eius.

Tu autem.

R. Orietur stella ex Ia-
cob, & cõsurgat homo de
Israel, & confringet om-
nes duces alienigenarum
Et erit omnis terra pos-
sessio

lio eius.

7. De Iacob erit, qui dominabitur, & perdet reliquias ciuitatis. Et erit.

Lectio. iij. cap. 35.

Lætabitur deserta, & inuia, & exultabit solitudo, & florebit quasi lilium. Germinans germinabit, & exultabit lætābunda, & laudans. Gloria libani data est ei, decor Carmeli, & Saron. Ipsi videbunt gloriam Domini, & decorē Dei nostri. Confortate manus dissolutas, & genua debilia roborate. Dicite pusillanimis: Confortamini, & nolite timere: ecce Deus uiscerū uultionem adducet retributionis. Deus ipse ueniet, & saluabit uos. Tūc aperientur oculi cæcorū, & aures surdorū patebūt. Tunc saliet, sicut seruus claudus: & aperta erit lingua mutorum: quia scisciscunt in deserto aquæ, & torrentes, in solitudine: & quæ erat arida, erit in stagnum, & sitiens in fō

tes aquarum. **T**u autem, **8.** Descendet Dominus, sicut pluuia in uellus, & orietur in diebus eius iustitia. Et abundantia pacis.

9. Adorabunt eum omnes Reges, omnes gentes seruiēti ei. Et abundantia gloria Patri. Et abundantia.

In 2. noct. Añā.

De Sion exhibit lex, & uerbum Domini ad Hierusalem.

Psalmus. 44.

Erustauit cor meum uerbum bonum: dico ego opera mea regi.

Lingua mea calamus scribæ: uelociter scribentis.

Speciosus forma præ filiis hominum, diffusa est gratia in labijs tuis: propterea benedixit te deus in æternum.

Accingere gladio tuo: super femur tuum potentissime.

Specie tua, & pulchritudine tua: intende, prospere procede & regna.

Propter veritatem, & mansuetudinem, & iustitiam: & deducet te mirabiliter dextera tua.

Sagittę tuę acutę (populi sub te cadent) in corda inimicorum regis.

Sedes tua Deus in sæculum sæculi virga directio nis, virga regni tui.

Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem: propterea vixit Deus Deus tuus oleo lætitię præconfortibus tuis.

Myrtha, & gutta, & cassia a vestimentis tuis, a domibus eburneis: ex quibus delectauerunt te filię regum in honore tuo.

Astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato: circumdata varietate.

Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam, & obliuiscere populum tuum: & domum patris tui.

Et concupiscet rex decorem tuum: quoniam ipse est dominus Deus tuus, & adorabunt eum.

Et filię Tyri in muneribus:

vultu tuum deprecabuntur õnes diuites plebis.

Omni gloria eius filię regis ab intus: in fimbrijs aureis, circumamicta varietatibus.

Adducentur regi virgines post eã: proximę eius afferentur tibi.

Afferentur in lætitia & exultatione: adducentur in templum regis.

Pro patribus tuis nati sunt tibi filij: constitues eos principes super omnem terram.

Memores erunt hominis tui domine: in omni generatione & generationem.

Propterea populi confitebuntur tibi in æternum: & in sæculum sæculi.

Añã. De Sion exhibit lex, & verbum Domini de Hierusalem.

Ara Ecce Deus noster expectabimus eum & saluabit nos Alleluia.

Psalmus. 45.

Deus noster, refugiu & virtus: adiutor in tribulationibus quę inue-

Hnerunt

seruēt nos nimis.

Propterea nō timebimus
dum turbabitur terra: &
transferentur montes in
in cor maris.

Sonuerūt & turbatę, sunt
aquę eorum: conturbati
sunt montes in fortitudi-
ne eius.

Fluminis impetus lætifi-
cat civitatem dei: sanctifi-
cavit tabernaculum suum
altissimus.

Deus in medio eius non
commouebitur: adiuua-
bit eam Deus mane dilu-
culo.

Conturbatę sunt gētes,
& inclinata sunt regna:
dedit vocem suam, & mo-
ta est terra.

Dominus virtutum nobis
cum: susceptor noster de-
us Iacob.

Venite, & videte opera
domini, quę posuit pro-
digia super terram: aufe-
rens bella vsque ad finem
terrę.

Arcum conteret, & con-
fringet arma: & scuta cō-
buret igni.

Vacate, & videte, quo-
niam ego sum deus: exal-
tabor in gentibus & exal-
tabor in terra.

Dominus virtutum no-
biscum: susceptor noster
deus Iacob.

Ant. **E**cce Deus no-
ster, expectabimus eum,
& saluabit nos. Alleluia.

Ant. **D**ominus veniet,
occurrite illi dicētes, Ma-
gnum principium, & re-
gni eius non erit finis. De-
us fortis dominator, prī-
ceps pacis. Alleluia.

Psalmus. 47.

Magnus dominus, &
laudabilis nimis: in
ciuitate dei nostri, in mon-
te sancto eius.

Fundatur exultatione vni-
uersę terrę mons Sion:
latera Aquilonis, ciuitas
regis magni.

Deus in domibus eius co-
gnosceretur: cum suscipiet
eam.

Quoniam ecce reges ter-
rę congregati sunt: con-
uenerunt in vnum.

Ipsi videntes sic admirati
sunt

sunt conturbati sunt, com-
moti sunt: tremor apprehen-
dite eos.

Ibi dolores vt parturietis:
in spiritu vehementi con-
teres naues Tharsis.

Sicut audiuius, sic vi-
dimus in ciuitate domini
virtutum, in ciuitate dei
nostri: deus fundauit eam
in æternum.

Suscepimus deus miseri-
cordiam tuam: in medio
templi tui.

Secundum nomen: tuū
deus, sic & laus tua in fi-
nes terræ: iustitia plena
est dextra tua.

Lætetur mōs Sion, & ex-
ultent filiæ Iudæ: propter
iudicia tua domine.

Circumdate Sion, & com-
plectimini eam: narrate
in turribus eius.

Ponite corda vestra in
virtute eius, & distribute
domos eius: vt enarretis
in progerie altera.

Quoniam hic est deus
deus noster in æternum,
& in sæculum sæculi: ipse
reget nos in sæcula.

H 2

Añā. Dominus veniet
occurrite illi dicētes. Ma-
gnū principum, & re-
gni eius non erit finis, De-
us fortis Dominator, Prā-
ceps pacis. Alleluia.

✠. Egredietur virga de
radice Iesse.

✠. Et flos de radice ei⁹
ascendet:

Ex libro sancti Illelonsi
Archiepiscopi Toleta-
ni, de Virginitate
Beate Mariæ,

Lectio. iij.

Domina mea, atq; Do-
minatrix in ea, domi-
nās mihi, mater Dñi mei
ancilla Filij tui, genitrix
factoris mūdi. Te rogo,
te oro, te q̄so vt, habeā
spiritū Dñi tui spiritūq;
Filij tui, nec hō & spiritū
Redēptoris mei, vt de-
te vera, & digna serūā,
vera & digna loquar: ve-
ra, & digna q̄cūq; sūt
diligā. Tu enī es electa
a deo, assūpta a deo, ad vo-
cata a Deo proxima deo,
adherens deo, cōiūcta deo
visitata ab angelo saluta-
ta ab angelo benedic-

tata ab Angelo beatifica-
 ra ab Angelo, turbata in
 sermone, attonita in co-
 gitatione, stupefacta i sa-
 lutatione, admirata in di-
 etorum, annuntiatione,
 Tu autem.

Be. Ecce Virgo concipiet
 & pariet Filium, dicit Do-
 minus: & vocabitur no-
 men eius: admirabilis De-
 us fortis.

Ps. Super solium David,
 & super regnum eius se-
 debit in æternum.

Et vocabitur,

Lectio. v.

Inuenisse te apud Deum
 gratiã audis: & ne time-
 as iuberis: uide & tu fiducia
 roboraris: cognitione mi-
 raculorum instrueris. Ad
 nouitatẽ in auditã gloriẽ
 proueris. De prole ab
 Angelo annuntiata es, &
 post factum integra & pu-
 dica manes. Certa virgini-
 tas nobis promittitur, &
 nasciturum ex te sanctum
 Dei Filiũ, tibi ab Angelo
 euangelizatur, & quã sit
 nascentis regis potentia

mirabiliter itimatur. Quo-
 modo fiet quæris, de ori-
 gine interrogas, de ratio-
 ne perscrutaris, de experi-
 entia requiris, de ordine
 suscitaris. Audi inauditũ
 oraculum, considera inusi-
 tatum opus, animaduerte
 incognitum arcanum: at-
 tende inuisum factũ. Spi-
 ritus sanctus superueniet
 in te, & virtus altissimi
 obũbrabit tibi. Tu autẽ

Be. Rorate Cæli desuper
 & nubes pluant, iustum
 & aperiat terra, & germi-
 net saluatorem.

Ps. Emitte agnum Domi-
 ne, dominatorem terrã,
 de petra deserti ad mon-
 tẽ filiã Sion. Aperiat.

Lectio. vi.

Tota inuisibiliter Tri-
 nitas conceptionem
 operabitur in te: sola per-
 sona Filij Dei in corpore
 tuo nascitura, carnem as-
 sumet de te. Ideo quod quod
 concipietur ex te, quod
 nascetur ex te, quod pro-
 diet ex te, quod germina-
 bitur, ex te quod parturietur

ex

ex te sanctum vocabitur
 Filius Dei, erit enim hic
 magnus, hic Deus virtu-
 tum, hic rex omnium sæ-
 culorum, hic factor om-
 nium rerum. Ecce beata
 tu inter mulieres, integra
 inter puerperas, Domina
 inter ancillas, Regina in-
 ter sorores. Ecce ex hoc
 beatam te dicent omnes
 generationes, Beatam te
 nouerunt omnes cælestes
 virtutes, Beatam prædicat
 omnes vates, Beatam ce-
 lebrant omnes nationes,
 Beata tu fidei nostræ, Bea-
 ta tu animæ nostræ, Bea-
 ta dilectioni nostræ, Bea-
 ta præconijs, & prædica-
 tionibus meis.

Tu autem Domine.

R. Docebit nos Dominus
 vias suas, & ambulabi-
 mus in semitis eius. Quia
 de Sion, exibit lex & ver-
 bû Domini de Hierusalé.

V. Venite ascendamus ad
 montem Domini, & ad-
 domum Dei Iacob.

Quia de.

Gloria Patri. Quia.

In 3. noct. Añã.

Dominus dabit benigni-
 tatem, & terra nostra da-
 bit fructum suum.

Psalmus. 84.

Benedixisti Domine ter-
 ram tuã, auertisti cap-
 titiuitatem Iacob.

Remisisti iniquitatem ple-
 bis tuæ: operuisti omnia
 peccata eorum.

Mitigasti omnem iram
 tuam: auertisti ab ira indi-
 gnationis tuæ.

Conuerte nos Deus salu-
 taris noster: & auerte irã
 tuam a nobis.

Numquid in æternum
 irasceris nobis? aut exten-
 des iram tuam a genera-
 tione in generationem?

Deus tu conuersus uiui-
 ficabis nos: & plebs tua
 lætabitur in te.

Ostende nobis domine
 misericordiam tuam: &
 salutare tuum da nobis.

Audiam, quid loquatur
 in me dominus Deus: quo-
 niam loquetur pacem in
 plebem suam.

Et super sancto suos: &

H 3 in

in eos qui conuertuntur
ad cor.

eruntamen propetimed
res eum salutare ipsius :
vt inhabitet gloria in ter
ra nostra.

Misericordia & veritas
obuiauerunt sibi: Iustitia
& Pax osculatae sunt.

Veritas de terra orata est:
& iustitia de caelo p̄spexit.

Etenim dominus dabit be
nignitatem: & terra no
stra dabit fructum suum.

Iustitia ante eū ambulabit:
& ponet in via gressus suos.

Añā. Dominus dabit
benignitatem, & terra no
stra dabit fructum suum.

Añā. Ecce veniet Deus
& homo de domo Dauid
sedere in throno. Alleluia.

Psalms. 86.

Fundamenta eius in mō
tibus factis: diligit dñs
portas Sion super omnia
tabernacula Iacob.

Gloriosadicta sunt dete:
ciuitas Dei.

Memorero Raab & Ba
bylonis: scientiam me.

Ecce alienigenae, & Ty-

rus, & populus Aethio
pum: hi fuerunt illic.

Numquid Sion dicet, ho
mo, & homo natus est in
ea. & ipse fundauit eam
altissimus?

Dns narrabit in scripturis
populorum: & p̄cipum
horum qui fuerunt in ea.

Sicut latantium omniū:
habitatio est in te.

Añā. Ecce veniet De
us, & homo de domo Da
uid sedere i throno. Alle.

Añā. Nuntiate populis
& dicite: ecce Deus salua
ter noster veniet.

Psalms. 95.

Cantate Domino can
ticum nouum canta

te Domino omnis terra.

Cantate Domino, & be
nedicite nomini eius: an
nunciate de die in diem
salutare eius.

Annunciate inter gentes
gloriam eius: in omnibus
populis mirabilia eius.

Quonia magnus dominus
& laudabilis uimis: terri
bilis est super omnes Deos.

Quoniam omnes dij gen
tium

tium dæmonia: Dominus autem cælos fecit.

Confessio, & pulchritudo in conspectu eius: sanctimonia, & magnificentia in sanctificatione eius.

Afferte Domino patriæ gentium, afferte Domino gloriâ & honorem: afferete Dño gloriâ nomini ei.

Tollite hostias, & introite in atria eius: adorate Dñm in atrio sancto eius.

Comoueat a facie eius vniuersa terra: dicite in gentibus, quia dominus regnavit.

Etenim correxit orbem terræ, qui non commouebitur: iudicabit populos in æquitate.

Lætentur cæli, & exultet terra, commoueat mare, & plenitudo eius: gaudebunt campi, & omnia quæ in eis sunt.

Tunc exaltabunt omnia ligna siluarum a facie Domini, quia venit: quoniã venit iudicare terram.

Iudicabit orbem terræ in æquitate: & populos

in veritate sua.

Ant. Nuntiate populis, & dicite, Ecce Deus saluator noster veniet.

R. Egredietur Dominus de loco sancto suo.

R. Veniet vt saluet populum suum.

Si hoc festum venerit in feria Quarta Quatuor temporum Aduentus loco sequentium trium lectionum, leguntur tres lectiones Homiliæ eiusdē ferie cum responsorijs, quæ his assignantur.

Lectio sancti Euangelij secundum Lucam.

Cap. I. Lectio. vij.

In illo tempore: Missus est Angelus Gabriel à Deo in ciuitatem Galiliæ cui nomen Nazaret, ad ad Virginem desponsatã viro, cui nomen erat Ioseph, de domo David, & nomen Virginis Maria. Et reliqua.

Homilia venerabilis Bedæ presbyteri.

AD Mariã Virginem Gabriel mittitur, qui
H 4 dei

Dei fortitudo nominatur illum quippe nunciare veniebat, qui ad debelandas aereas potestates humilis apparere dignatus est, de quo per Psalmistam dicitur Dominus fortis & potens, Dominus potens in praelio, & rursus Dominus virtutum ipse est rex gloriae. Per Dei ergo fortitudinem nunciandus erat, qui virtutum Dominus & potens in praelio contra potestates aereas ad bella veniebat, & ingressus Angelus ad eam dixit. Ave gratia plena Dominus tecum Benedicta tu in mulieribus. Bene gratia plena vocatur, quae nimirum gratiam, quam nulla alia meruerat assequitur, ut ipsam videlicet, gratiae concipiat & generet autorem. Tu autem.

Ave Maria gratia plena, Dominus tecum. Spiritus sanctus superveniet in te, & virtus altissimi obubrauit tibi. Quod enim ex te nascetur san-

ctum vocabitur filius Dei. **9.** Quomodo fiet istud quoniam virum non cognosco? Et respondens Angelus dixit ei, Spiritus factus. **Lectio. viij.**

Ecce concipies in utero, & paries filium, & vocabis nomen eius Iesum. Iesus, Saluator, siue salutaris interpretatur, cuius sacramentum nominis alloquens Ioseph. Angelus exposuit, ipse enim inquiring saluum faciet populum suum a peccatis eorum, non ait populum Israel, sed populum suum, hoc est in unitatem fidei ex preputio & circumcissione vocatum: quibus ex diversa parte vocatis fieret vnus pastor & vnum ovile. Hic erit magnus, & filius Altissimi vocabitur, & dabit illi Dominus Deus sedem David patris eius, idem ergo filius Altissimi qui in utero virginali conceptus & natus est, idem homo in tempore creatus ex matre, qui

Deus

Deus est antetempore natus ex Patre. Si autem idem homo, qui Deus est: omittat Nestorius hominem tantum dicere ex virgine natum. Tu autē.

Be. Suscipe verbum virgo Maria, quod tibi à Domino per Angelū trāsmissum est. Concipies & paries Deum pariter & hominem. • Vt benedicta dicaris inter omnes mulieres.

9. Paries quidem filium & virginitatis non patieris detrimentum efficiaris grauida, & eris mater semper intacta. Vt benedicta.

Gloria Patri.

Vt benedicta.

Lectio. ix.

IDeoque & quod nascitur ex te, sanctum, vocabitur filius Dei. Ad distinctionem nostræ sanctitatis, Iesus sanctus singulariter nasciturus asseritur. Nos quippe & si sancti efficiamur, non tamen nascimur, quia ipsa naturæ corruptionis conditio

ne cōstringimur, vt merito cum propheta gemētes singuli dicamus. Ecce in iniquitatibus conceptus sum, & in delictis peperit me mater mea, ille autem solus veraciter sanctus est, qui vt ipsam conditionem naturæ corruptibilis vinceret ex commixtione carnalis copulæ conceptus non est, sanctū inquit vocabitur filius Dei. Quid hic dicis Nestoriane quia beatam Mariam Dei negas esse genitricem aperte niteris impugnare veritatem? Ecce Deum dixit superuenturū Dei Filium nasciturum. Quomodo ergo aut Dei Filius, Deus non est, aut quæ Deum edidit, quomodo, Theotocos, id est Dei Genitrix non esse potest. Tu autem.

Te Deum laudamus.

Ad laudes, & per horas.

Ant. Missus est Gabriel Angelus ad Mariā Virginē desponsatā Ioseph.

Psal. Dominus regna

uit. cum reliquis de Do-
minica.

Añã. Ave Maria gra-
tia plena Dominus tecum
benedicta tu in mulieribus
Alleluia.

Añã. Ne timeas Maria
inuenisti gratiã apud Do-
minum, Ecce concipies,
& paries filium, Alleluia.

Añã. Dabit ei Domi-
nus sedẽ David patris ei⁹
& regnabit in æternum.

Añã. Ecce Ancilla Do-
mini, fiat mihi secundum
verbũ tuum. **Capitul.**

Egrediatur virga de
radice Iesse, & flos de
radice eius ascendet, & re-
quiescet super eum Spiri-
tus Domini.

Hymnus.

Vox clara ecce intonat
Obscura quæq; incre-
pat.

Pellatur e minus somnia,
Ab æthere Cps promicat.

Mensiã resurgat torpida
Quæ sorde extat faucia,
Sidus refulget iam nouũ,

Vt tollat omne noxium,
Et sursum agnus mittitur

Laxare gratis debitum,
Omnes pro indulgentia,
Vocẽ dem⁹ cũ lacrimis.

Secundo vt cum fulserit,
Mũdũq; horror cinxerit,
Non pro reatu puniat,

Sed nos prius tũc ptegat.
La⁹, honor, virt⁹, gloria
Deo Patri, & Filio.

Sancto simul Paraclito,
In sæculorũ, sæcula. Amẽ.

ñ. Spiritus sanctus su-
perueniet in te.

ñ. Et virtus altissimi
obumbrabit tibi.

Ad Benedictus. Añã,
Super folium David, &
super regnum eius sede-
bit in æternũ. **Oratio.**

Deus qui de Beatę Ma-
rię virginis vtero ver-
bum tuum Angelo nun-
ciante carnem suscipere

voluisti, præsta supplici-
bus tuis, vt qui verẽ eam
genitricem Dei credimus

eius apud te intercessio-
nibus adiuuemur. Per eũ-
dem Dominum nostrum

Ad 3. capit. Mat. 11.

egrediatur virga dera-
dice Iesse, & flos dera-
dice

ce eius ascendet, & requiescet super eum Spiritus domini.

R. Tu exurgens Domine * misereberis Sion.

✠ Quia tempus misericordie eius, quia venit tempus, Misereberis.

Gloria Patri. Tu exurges

R. Rorate celi desuper & nubes pluant iustum.

R. Aperiat terra & germinet Salvatorem.

Ad sextam Cap. Isaie. 7.

Ecce virgo concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emanuel: butyrum & mel coedet, ut sciat reprobare malum, & eligere bonum.

R. Rorate celi desuper * Et nubes pluant iustum

✠ Aperiat terra, & germinet Salvatorem.

Et nubes.

Gloria Patri. Rorate.

✠ Emitte agnum Domine dominatorem terrae.

R. De petra deserti; ad montem Sion.

Ad Nonam Cap. Isaie. 45.

R. Rorate celi desuper, & nubes pluant iustum,

aperiatur terra, & genuinet Salvatorem, & iustitia oriatur simul. Ego Dominus creavi eum.

R. Emitte agnum Domine * dominatorem terrae.

✠ De petra deserti ad montem filiae Sion.

Dominatorem.

Gloria Patri. Emitte.

✠ Spiritus sanctus super veniet in te.

R. Et virtus Altissimi obumbravit tibi.

In secundis vespertis oratione ut in primis vespertis præter quintam Antiphonam quæ dicitur sequens.

Añã De fructu ventris tui ponam super sedem tuam.

Psalmus. 133.

Memento domine David: & omnis mansuetudinis eius.

Sicut iuravit domino, votum novit Deo Iacob.

Si introiero in tabernaculum, domus mea: si ascendero in lectum strati mei.

Si dederò somnum oculis meis: & palpebris meis dormitationem.

Et

DECEMBER.

Et requiem temporibus meis: donec inueniam locum domino: tabernaculum Deo Iacob.

Ecce audiuius eam in Ephrata: inuenimus eam in campis siluæ.

Introibimus in tabernaculum eius: adorabimus in loco, ubi steterunt pedes eius.

Surge domine in requiæ tuam: tu & arca sanctificationis tuæ.

Sacerdotes tui induantur iustitiam: & sancti tui exultent.

Propter David seruum tuum: non auertas faciem Christi tui.

Iurauit Dominus David veritatem, & non frustrabitur eum: de fructu ventris tui ponam super sedem tuam.

Si custodierint filij tui testamentum meum: & testimonia mea, hæc quæ docebo eos.

Et filij eorum vsque in sæculum: sedebunt super sedem tuam.

Quoniam elegit Dominus Sion: elegit eam in habitationem sibi.

Hæc requies mea in sæculum sæculi: hic habitabo, quoniam elegi eam.

Vidua eius benedicens benedicam: pauperes eius saturabo panibus.

Sacerdotes eius induam salutari: & sancti eius exultatione exultabunt.

Illuc producam cornu David: paraui lucernam Christo meo.

Inimicos eius induam confusione: super ipsum autem efflorescit sanctificatio mea.

Añs. De fructu ventris tui ponam super sedem tuam.

Aue Maria gratia plena

Re. Dominus tecum.

Ad Magnificam.

Añs. O Virgo Virginiū quomodo fiet istud: quia nec primam similem visa es, nec habere sequentem. Filia Hierusalém quid me admiramini? diuinum est misterium hoc quod cernitur.

Ora.

Oratio ut supra in pri- commemoratio aduentus,
 mis vesperis. Deinde fit Añs. O.

III. APRILIS

INFESTOS.

ISIDORI ARCHIEPISCOPI
 HISPALENSIS CONFESS. ET DOCT.
 DVPLEX.

Ex præcepto S. D. N. Sixsti P. Quinti.

Ad Magnificam in vtris
 que vesperis Antiphona.

O doctor optime Ecclesie
 sanctæ lumen, beate Isi-
 dore: diuinæ legis amator
 de precare pro nobis filiū
 Dei.

Oratio.

DEus qui popu-
 lo tuo æternæ
 salutis beatum
 Isidorum mi-
 nistrum tribuisti, præsta
 quæsumus, vt quem do-
 ctorem vitæ habuimus in
 terris, intercessorem habe-
 re mereamur, in cælis Per.
 In j. nocturno lectio Sapi-
 entiam omnium antiquo-
 rum, vt in cōmuni doct.
 In ij. noct. Ex Branlio ar-
 chiepiscopo Cæsaraugu-

stano & alijs. Lectio. iij.

ISidorus natione Hispa-
 nus, Hispaniarum do-
 ctor egregius, ex noua
 Carthagine, cui ipsius Se-
 uerianus dominabatur, a
 sanctis viris Leandro Ar-
 chiepiscopo Hispalensi,
 & Fulgentio episcopo
 Astigitano fratribus suis,
 sancte & liberaliter instu-
 dio literarū educatus est,
 & ingentem doctrinā La-
 tine, Græce, atque Hebra-
 ice cum magna nominis
 claritate consecutus. Hic
 adolescēs adhuc, heresim
 Arianam, quæ gentē Got-
 horum Hispaniæ latissime
 dominantem penitus iam
 pridem inuaserat, tam

con

constanter palam arguebat: vt prope fuerit, vt ab Arianis necaretur. Sed cohibitus à Leandro hūc sibi successorem fore præficiente, & vt se comodiore tempore reseruaret admonitus, indignationem temperauit.

R. Inueni David.

Lectio. v.

Igitur Leandro vita functo, Isidorus magno regis Recaredi & populi cōsensu in Hispalensi Archiepiscopatu sufficitur. Quam electionem S. Gregorius Papa confirmauit, eique pallium misit in Hispaniam. Quantum vero pontifex factus fuerit constans & humilis, patiens & benignus, compatiens miseris & pauperibus, & cunctis virtutibus insignitus, nullius lingua sufficeret ad narrandū. Cōstruxit monasteria, & collegia edificauit, in quib⁹ studijs sacris, & diuinis lectionib⁹ vacās, plurimos discipulos qui ad eū confluebant,

erudiuit: inter quos fuit beatus Illesonius Toletanæ Ecclesiæ postea Archiepiscopus: scripsit librum Atymologiarū, & facti Canonis libros plurimos cōmētatus est, & tot tantaq; alia volumina scripsit, vt humana vix vita, tātis suffectura laborib⁹ videatur. Sed qui Deo studet, nihil non proclive sentiūt, nihil frustra conantur, nihil non ex voto consequuntur. **R.** Posui adiutorium.

Lectio. vj.

Fuit deniq; Isidori tantæ doctrinæ ac sanctitatis opinio, vt coactō Concilio generali, vltro fuerit à Pontifice maximo vocatus. Vbi mirū est quantum ponderis & auctōritatis habuerit, in singulis rebus Isidori sententia apud Pōtificē & omnes prælatos. Reuersus autem in Hispaniam cum suā mortem & Hispaniæ vastationem à Sarracenis publicē prædixisset, migravit è vita pridie nonas Aprilis, anno

Dñi

Dñi
mo
His
tuse
po
ben
do
& L
ab E
li re
bus
cui
rū e
t⁹,
ma
R.
Eua
vt i
Si
geli
HO

A

Sā
tyr
com
præ
nos
D

Dñi sexcentesimo trigesimo quinto, Sisenando in Hispania regnante. Sepultusq; fuit Hispali. Vnde postea translatus est in urbem Legionem à Fernando primo Castellæ simul & Legionis Rege, qui hoc ab Eneto sarraceno Hispali regnante magnis precibus & præmijs imperavit cuius nomine templū edificatū est Legionē, vbi sepultus, miraculis clarus colitur magna populi religione.

R. Iste est qui ante Deū.

In 3. noctur. Homil. in Euang. Vos estis sal terre vt in communi Doct.

Si celebretur in quadagesi. nona lect. dicitur de Homi. feriæ occurrentis.

APRILIS. XIII.

IN FËSTO

Sãcti Heremenigildi martyris, duplex omnia de communi vnus martyris præter lectiones secundi nocturni. Oratio.

Deus pro cuius nomine Beatus Heremenigil

us rex & martyr martibus impiorū occubuit: presta quæsumus, vt eius intercessioñibus ab omnibus periculis liberemur. Per.

In 2. noct. Ex Diuo Gregorio lib. 3. Dialogorum Cap. 11. Lectio inij.

Sicut multorum qui ab Hispaniarū partibus veniūt relatione cognouimus nuper Hermenigildus Rex Leouigildi Regis Vuisigothorū filius ab Ariana hæresi ad fidē Catholicā viro reuerentissimo Leandro Hispalitano episcopo dudū mihi in amicitia familiariter iuncto, prædicante conuersus est. Quē pater Arianus vt ad eadē heresim rediret, & præmijs suadere & minis terrere cōat⁹ est. Cūq; ille constanter resistēderet, nūquā se verā fidē pōderet relinquere, quā se mel agnouisset: iratus pater eū priuauit regno, rebusq; expoliavit omnibus. Cūq; nec sic virtutū mentis illius emolire valuisset: in arcta illū custodia cōcludens.

APRILIS.

dēs, collū, manusq; illius
ferro ligauit. **R.**

Lectio. v.

Cepit itaq; idē Hermi-
nigildus rex iuuenis,
terrenū regnū despiciere,
& forti desiderio cæleste
querēs: ī cilicijs vincula-
tus iacens, ōnipotēti Deo
ad cōfortādū se preces effū-
dere, tātoq; sublimi⁹ glo-
riā trāseūtis mūdi despice-
re, quāto & religat⁹ agno-
uerat nil fuisse quod potu-
erit auferri. Superueniēte
autē paschalis festiuitatis
die, intēpēstæ noctis silē-
tio ad eū perfid⁹ pater Ari-
anū episcopū misit, vt ex
manu sacrilegę cōsecratio-
nis cōmunionē perciperet:
atq; per hoc ad patris gra-
tiā redire mereretur. Sed
vir deo dedit⁹ Ariano epis-
copo veniēti exprobrauit
vt debuit, eiusq; a se perfidi-
ā dignis increpationibus
repulit: quia et si exterius
iacebat ligat⁹: apud se ta-
mē in magno mētis culmi-
ne itabat securus. **R.**

Lectio. vj.

LAVS DEO.

AD se itaq; reuerso epis-
copo, Arian⁹ pater in-
fremuit: statiq; suos appa-
ritores misit, qui cōstātissi-
mū cōfessorē Dei illic vbi
iacebat occiderēt, quod &
factū est. Nā mox vt ingres-
si sūt, securē cerebro eius
infigētē vitā corporis ab-
stulerūt, hocq; in eo valu-
erūt perimere, quod ipsū
quoq; qui perēptus est in
se cōstitērat despexisse.
Sed pro ostēdenda vera
ei⁹ gloria, superna quoq;
nō defuere miracula. Nā
cæpit in nocturno silentio
psalmodiæ cantus ad cor-
pus eiusdem regis & mar-
tyris audiri, atq; ideo ve-
raciter Regis, quia & Mar-
tyris. Fertur etiā qđ illic
nocturno tēpore accensæ
lāpades apparebāt, vnde
& factū est quaten⁹ cor-
p⁹ illius, vt videlicet mar-
tyris, iure a cūctis Fide-
lib⁹ veneratī debuisset.

R. **In 3. noct. Ho.**
in Eu. Si quis venit ad me
ōniade cō. v. m. mar. etiā
si fiat officiū tēpore pasc.



...justicia...
...pon...
...Indit...
...pluribus...
...Mans...
...in...
...trans...
...assu...
...hospita...
...mundo...
...ad...
...tu...
...p...
...la...
...b...
...a...

